Manum ſuper ipſa cadauera porrigunt) De hoc tangendi cadaueris ritu vide quæ obſeruat Simon Maiola *in diebus canicul.* fol.18 &c. Hieron. Magius Miſcell.lib.2 c.5.

v.18 *Renitentem*) vulgo, *renuentem.*

v.19 *Noua oſtenſione*) Pal. & Scop. *n. offenſione.*

v.22 *Ingratis licet*) Bert. *ingratus l.* vide indicem.

v.23 *Retexi*) Bert. *detexi.*

v.25 *In peculio Proſerpinæ*) Fuſe Claudianus de raptu Proſerpinæ lib.2 v.92 & ſeq.

ver. 27 *Rationem idoneis verbis expedire*) Formula hyperbolica, qua vtimur, quotiens ſignificamus, rem

de qua

de qua agitur, ſuperare vim rationis noſtræ li. 4. *Quis tantus ingenii, quis facundiæ, qui ſingulas ſpecies, apparatus multiiugi verbis idoneis poſſit explicare.*

v. 29 *Vtres inflati*) ἀσκοὶ πεφυσημένοι· Epicharmus apud Theodoretum Orat. 1. contra gentes:

φύσις, ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι.

v. 33 *Dolorem ventris*) Ex nimio enim riſu dolor ventris oritur. Lib. 10. *Riſuq; latiſſimo aduſq; inteſtinorum dolorem redactus.* Lucianus Eunucho: ἐπὶ πάντας ὁ γέλως κατεῖχε, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ τὴν γαστέρα ἤλγει βαρυνόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν ἀναπόμπιμον εἰς τὴν Ἰταλίαν.

v. 35 *Theatro faceſſunt*) Pal. *retro f.*

v. 34 *Lætitia delibuti*) lib. 10 *magno delibutus gaudio.* Terent. Phormi. act. 5 ſc. 6.

Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo.

v. 36 *Fixus in lapide ſteti*) Alii, *f. in lapidem, i. e.* tanquam lapis ſteti, vt lib. 4. *iacens in mortuum*, à Palat τὸ *lapide* abeſt. Arnob. contra Gentes lib. 2. f. 35 *Non omni pecore, ligno, ſaxo obtuſior atq; hebetior ſtabit.* Cic. in Piſon: *Tanquam truncus & ſtipes ſtetiſſet.* Omnis enim immodica affectio ſolet functiones partium corporis ad tempus impedire. Vnde & Nioben ob filiorum interitum obriguiſſe in lapidem fabulantur Poetæ Vid. Muretus ad Catullum p. 98.

Steti gelidus) Petron. *Frigidior hyeme Gallica factus nullum potui verbum emittere.* Vide Senecam Troad. v. 622 & in Oedipo v. 224 Ouid. 7 Met. v. 1, 6 Valer. Flacc. lib. 7 v 529.

Nihil ſecius) Bert. *n. ſecus.*

v. 39 *Renitentem*) Flor. *retinentem*, male.

p. 134 v. 1 *Domum*) Bert. *ad domum.*

v. 2 *Solabatur affatibus*) Bertin. & Flor. *ſalatur a.* παραμυθεῖσθαι. Heliod. lib. 5 ἐπικουφίσαι παραμυθίᾳ τὴν συμφοράν, & lib. 1. παραμυθεῖσθαί τε καὶ ἐπιρρωννύναι ἐπειρᾶτο.

S.Iohannes XI, 19. καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ μάρθαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν. Et v.*31*. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ᾽ αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτήν.

v.*3* *Iniuriæ, quæ inhærebat altius meo pectori*) Iniuriarum enim, ſi quæ factæ ſunt, tenax eſt memoria, & quidquid offendit, ægre eximitur, ait *Pertinax* apud Herodianum lib.*2* f. *494*. Lyſias pro Polyſtrato pag.337. Λέγεται γὰρ τοὺς κακῶς πεπονθότας μεμνῆσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς εὖ.

v.*10* *Perpeſſus es*) Bert.*paſſus es.*

Præſentem triſtitudinem) τὸ *præſentem* Pal.delet.

v.*14* *Autorem & tutorem ſuum*) à vulgatis τὸ *tutorem* abeſt.

v.*16* *Lætabit*) vulgo, *lætabitur.*

v.17 *Offert*) Flor.& Bert.*obtulit.*

v.*18* *Patronum ſcripſit*) Flor.*p.ſcribit.*

v.*22* *Meiſq; maioribus*) Scoppius, *meiq; m.*

Sic pudenter) Pal.*ſ.prudenter.*

v.*23* *Et pauliſper*) Non eſt in Bertino.

v.*26* *Appropinquantis*) Bert.*propinquantis.*

v.*32* *Vt eius hodiernæ*) Flor. *ut ei hodiernæ.*

v.*34* *Proin epulare*) Pal.*prohinc e.*

v.*36* *Producit*) Pal.*perduxit.*

v.*41* *Omnium nutibus denotatus*) Ald. *o.n. deuoratus*, male.lib.*5* *Dum directis digitis præſentium denotor.* lib.11 *Totæ ciuitati notus ac conſpicuus, hominum digitis nutibuſq; notabilis.*

p.135 v.2 *Cauſatuſq;*) Rom.*curatuſq;* inepte.

v.5. *Singula mœſtus recordabar*) τὸ *mœſtus* male omittit Aldus.

v.7 *Ex læta facie*) Particulam *ex* non agnoſcit Flor.

v.20 *Facere iuſſa ſum*) Ald. & Rom.*f.miſſa ſum.*

v.21 *Mea ſorte*) vulgo, *m.ſors.*

v.23 *Suſcipio*) Flor. *ſuſpicio*, inepte.
v.27 *Memora ora*) Flor. *mea oro*, male.
v.28 *Adiuro tuum mihi cariſſimum caput*) Virg.
Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat.
Hieron. aduerſus Iouiniani hæreſes lib. 1 c. 28.
Iurandum per ſalutem illius, vt ſit ſuperſtes, optandũ.
v.32 *Adiicere*) Flor. & Pal. *addicere*.
v.33 *Oculos vdos libidine*) Heliod. p. 49. τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ ἔρωτι διαβρόχους.
v.34 *Adnixis & ſorbilantibus ſauiis*) Sic Flor. vulgo *admiſſis & ſ.ſ.*
v.41 *Diminuta*) Bert. *minuta*.
p.136 v.4 *Profecto*) male abeſt à vulgatis.
v.6 *Intra conſeptum clauſa*) Aldus *i. conſpectum c.* male.
v.9 *Vis amoris quo tibi teneor*) Flor. *amor is q.t.t.*
v.10 *Hera mea*) vulgo, *domina m.*
v.11 *Obaudiunt*) Flor. & Bert. *obediunt*, male.
v.16 *Totiusq; artis manus*) Bert. *totaſq; a. m.*
v.18 *Quod ni celerius ſol*) Flor. *q.r. c.ſ.*
v.19 *Ad exercendas illecebr. maturius*) Reſcribe ex Flor. *ad e. i. magiæ m.*
v.23 *Cæde cultrorum …jecti*) Al. *c.c delecti*, male.
v.24 *Clanculo pr…epit ferre*) Flor. Rom. Palat. & Bert. *c. præcipitet f.* Vnde alii recte fecerunt, *c. præcepit auferre.*
v.27 *…une vltima*) Male Guilhelmius corrigit, *tu-ne m…ina*. vide Indicem.
v.33 *Huius rei repulſa ſatis acriter*) Rom. *huiuſmodi repulſa tis acriter*. Ven. & Ald. *huiuſmodi repulſis a.*
v.29 *Te conſtanter*) Venet. *te inconſtanter*, recte.
Verbum facto ſecutus) Herodotus lib. 3. ἅμα ἔ-…ς τ' εἶπε, καὶ ἔργον ἐποίει,

Digitized by Google

p.137 v.2 *Tectum ſcandulare*) alii, *tectum ſcindulare*, vide Indicem.

v.3 *Perflatili*) Bert. Rom. & Ald. *perflabili*.

v.5 *Commodum ſecreto colit*) Flor. & Bert. *commodatum ſ.c.*

Inſtruxit) Flor. *inſtruit*.

v.7 *Laminis litteratis*) Flor. *Iam minus l.* Rom. *iam minis l.* male. Arnob. lib. 2. *Protegimus nos laminis Pſyllis Marſiſue vendentibus*. Vide quæ ibidem dixi, & Thomam contra Gentiles lib. 3 c. 105.

Infelicium auium durantibus damnis) Sic recte hunc locum emendat eruditiſſimus Paſſeratius ad Propertium p. 436. cuius coniecturam confirmant membranæ Flor. Rom. & Aldina editio, in quibus eſt: *nauium durantibus damnis*. Damna autem cape demptas plumas.

verſ. 8 *Sepultorum etiam cadauerum*) Sæpius enim malæ hæ beſtiæ mortuorum corpora contingunt, vt Hieron. notat in Danielem tom. 4 f. 497. Et Porphyrius de *abſtinentia ab animalibus* li. 2 f. 33.

v. 9 *Carnoſi clauis pendentium*) In explicandis clauis pendentium Beroaldus ridiculoſiſſimus eſt, vti Lipſius Elect. 1 c. 18, & in Notis ad lib. 2 cap. 8 de Cruce monuit, vbi vere Apuleii locum de clauis crucifixorum interpretatur. Adde Suidam in *Eudoxio*, Epiſcopo, & Vincentium Beluacenſem ſpec. hiſt. l. 9 c. 33

v. 14 *Nexus obditos*) Bert. *n. obductus*.

v. 21 *Inprouidæ noctis caligine*) vulgo, *obſcuræ n. c.* male, lib. 1 *vix improuidæ noctis caligine liberati*.

v. 22 *In inſani modum Aiacis*) vide Tzetzen Chil. 3 hiſt. 76 & Philoſtratum in Imaginibus.

v. 25 *Sine maſcula ſanguinis*) lib. 9 *Portentoſi cruoris maculas noui ſanguinis fluuio proluit*.

v. 29

v.29 *Adoream*) Flor. duo: *adorſam*, male:

Duodeni laboris Herculei) Ouid. Metam. libr. 9 v.182. Tzetzes Chil. 2 hiſt. 36. Cointhus Smyrnæus lib.6 v.200. Diodor. Siculus Bibliothecæ lib. 4. Hyginus fab. 20. Vnde & Nonnus eruditiſſimus & ſuauiſſimus Poetarum Dionyſ. lib.35. Herculem vocat δυωδεκάεθλον.

v,30 *Trigemino corpore Geryonis*) Palæph. li.1. Diodorus & Hyginus locis prænominatis.

v.35 *Cum reformatur*) alii, *eam reformatam*. Flor. 1 *cum res ornatu*. Bert. *certo eum reformatu*, male. Confer Lucianum p. 350.

v.36 *Coram magia*) τὸ *coram* recte expungit Bertin.

v.40 *Rubentibus bucculis*) Ald. *rumpentib. b.* male.

Renitentibus crinibus) Rom. & Ald. *renidentibus c.* male, lib. 1. *capillus placidus renitet*.

p.138 v.2 *Nocti iſti*) Ro. Fl. & Bert. *nocte iſta*, male.

v.3 *Quam vellem*) vide Gruterum de hac formula Suſpic. lib. 6 c. 10.

Inquit illa præſtare tibi) Aldus, *i. reſpondit illa tibi*, male.

v.5 *Præſentia*) Bert *præſentium*.

verſ.6 *Huiuſmodi ſecreta perſicere*) Sic reſcripſi ex Bert. & Flor. 2 vulgati legunt, *ſecum huiusmodi p.*

v.9 *Gannientibus*) Fl. Bert. Al, & Ro. *garrientibus*.

v.11 *Intecti bacchamur*) Pal. Flor. & Bert. *i. atque nudati bacch.*

v.13 *Puerile*) Florentini duo, *puerilis*, male.

v.14 *Etiam in alium diem nos attinuit*) Flor. *E. i. a. d. n. obtinuit*. Grut. *e. in altum d. n. a.* recte. Heliodorus Æthiop. lib. 6. πρὸς ὕπνον ἔλαθεν ὑποφέρων ἐς ἡμέραν ἤδη λαμπρὰν κατέχων.

v.16 *Percita*) Bert. *parata*, male.

v.2[illegible] *At tanta rei)* Palat. *in t. rei.*

v.21 *Suſpenſo & inſono veſtigio)* lib. 5. *ſuſpenſis per formidinem greſſibus.* Claudianus de Statu animæ lib. 1. *Suſpenſo veſtigio iter temptare.*

v.23 *Arbitrari)* vulgo, *ſpectare.*

Sic geſta ſunt) Flor. *ſuggeſta ſ.*

v.27 *Adfricata)* Rom. Ald. Flor. & Bert. *adfricta.*

v.29 *Tremulo ſuccuſſu)* Ald. *Tr. ſucceſſu*, male.

v.35 *Magnis ſuis artibus)* lego cum Bertino, *magicis ſ.a.*

v.36 *Facti ſtupore defixus)* ſupra: *impos animi ſtupebam.*

v.37 *Externatus animi)* Flor. 2 *Exterminatus a.* ἔξω τῦ φρονεῖν γεγονώς· quod recepiſſem in textum, niſi in Apologia priori verbo vſus fuiſſet, inquiens: *Ad oblinionem præſentium externari.*

v.38 *Atq; attonitus)* Lege cum Florentinis, *a.a. in amentia a.*

Vigilans ſomniabam) Plautus Captiuis, Scena, Iupiter ſupreme. *hic vigilans ſomniat.* Sulpitius de obitu Martini: *vigilans dormire te ſentias.* Teren. act. 5 ſc. 5. *Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit.*

Defrictis diu pupulis) vulgo, *d.d. pupillis.* Pupulas vocant Phyſici ἐφθαλμῦ ὀφθαλμὸν, vt Philo obſeruat de Opificio mundi fol. 2. vide notata ad Arnobium, lib. 2.

v.40 *Ad ſenſum præſentium)* Flor. & Bert. *a. ſ. præſentis tamen facti.*

p. 139 v. 7 *Lupulis)* vulgo, *lupis.*

Siccine me vix à lupulis conſeruo Theſſalis) Bertin. *ſegnior meum ipſa lupulis cum ſuo Theſſalis.* Venet. *ſaginer meum ipſa lupulis cum Theſſalis.* Rom. *ſigener m.i.l. conſ. T.* Ald. *ſ. meum ipſa Lucium pullis c. T.*

v.8 *A me ſcelus)* Flor. & Rom. *Aut mihi ſ.*

v.11.

v.11 *Lætus armiger*) Ouid. Met.lib.12 v.560. lib.15 v.386. Pindarus Olymp.2 & Olymp.13.

v.12 *Pinnarum dignitatem*) Rom. *pugnarũ d.* male.

v.14 *Præmalle*) Flor. Rom. & Ald. *malle.*

v.18 *Amatore bubone*) Bert. non habet τὸ *bubone.*

Iſtas nocturnas aues) Superſtitioſa vetuſtas aues inauſpicatas affigebat foribus, quaſi amuletum hoc eſſet dirarum. Columella de re ruſt. li. 10.

Hinc Amythaonius docuit quæ plurima Chiron
Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit, & altis
Culminibus † *vetuit feralia carmina fiere.* † al. *metuit.*

Vide Baptiſtam Pium in annot. prior. c. 33. & Andr. Schottum obſeruat. lib. 1. c. 12. Et Caſaubonum ad Theophraſti characteres p. 283.

v.21 *Quis luant cruciatibus*) ſupra: *id omne protinus meo luatur ſanguine.*

v.27 *Medela ſalubri*) Bert. *medelam ſalubrem*, bene.

v.29 *Futilibus herbulis*) Flor. *f. herculis*, male. Proclus de ſacrif. & magia. *Nonnunquam herba vna vel lapis vnus ad diuinum ſufficit opus. Sufficit enim Cnebiſon ad ſubitam numinis alicuius apparitionem ad custodiam vero laurus.*

v.30 *Immiſtum*) VVouuer, *Immixtum.*

v.32 *Summa cum trepidatione irrepit cubiculum*) Confer Lucian. 353.

v.34 *Proſperis*) Pal. *proſpere.*

v.36 *Haurito pluſculo vncto*) Hierocles de Magis apud Euſebium fol. 462. οἱ γόητες ἡγοῦμαι δὲ αὐτοὺς ἐγὼ κακοδαιμονεστάτους ἀνθρώπων· οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων, οἱ δὲ ἐς θυσίας βαρβάρους· οἱ δὲ ἐς τὸ ἐπᾷσαί τι, ἢ ἀλεῖψαι μεταποιεῖν φασὶ τὰ εἱρημένα.

v.38 *Similem geſtiebam*) Palat. *ſimul g.*

v.39 *Sed plane pili*) alii, *ſ. plene p.*

v.40 *Perdito numero*) Hæc inducit Mſtus Bertin.

p.140 v.3 *Miſer reformationis*) alii, *miſera r.* Bert. *miſera formationis.*

v.9 *Obliquum reſpiciens*) τὸ *obliquũ* male abeſt à B. *Ad illam*) Hæc ignorat Bertinus.

v.15 *Exibis aſinum*) ſupra: *ſi rurſum aſino remoto, prodirem in Lucium.*

v.17 *Nec moram*) Flor. *ne moram.*

v.23 *Mordicibus*) Rom. *mordicus.* Bert. *mordicitus.*

v.26 *Demuſſata contumelia*) Terent. Adelph. act. 2. ſc. 1: *Muſſanda iniuria adoleſcentum eſt.*

v.27 *Ad equum illum*) dele τὸ *equum* ex Bertino.

v.32 *Hoſpitium loca ac lautia*) In Bert. & Flor. eſt, *h. ac loca lauta.* Liu. li. 8 *Locus inde lautiaq; legatis præberi iuſſa,* lib. 47 *An loca, lautia, ſenatumq; darent.*

v.34 *Secreta numina*) Pal. *ſacra n.*

v.36 *Vt me præſepio*) Flor. & Bert. *vix m. p.*

v.37 *Infeſtis calcibus*) Bert. *iniectis c.* male. Phædrus lib. 1 fab. 29. *Infeſtis taurus mox confodit cornibus.*

v.38 *Abigor ab hordeo, quod appoſueram*) Phædr. *Aſello iuſſit reliquias poni hordei.*

v.39 *Illi gratiſſimo famulo*) Bert. hæc delet.

p.141 v.1 *De nouo*) Bert. *denuo.*

v.2 *Equi perfidi*) vulgo, *e. perfidia,* vel *e. perfidiæ.*

v.3 *Epona Dea*) Sic Florentini. alii, *Hippona,* vel *Heppone.* Vide Turnebum aduerſariorum lib. 4 c. 24 & Notas ad Minutium Felicem.

v.4 *Præſidens ædicula*) Flor. *reſidens æ.* Gruterus ſuſpic. lib. 6 c. 4.

v.5 *Agnito*) Bert. *attento.*

v.6 *Primoribus pedibus*) Flor. *prioribus p:*

v.7 *Nimium & porrectis*) Flor. *n. quam p.* Bert. *nimiumq; p.*

v.8 *Niſu*) alii, *nixu.*

v.9 *Scilicet ſorte*) dele τὸ *ſcilicet* ex Pal.

v.10 *Equi cura*) Coluius, *equinum c.* Gruterus, *ſuper equino c.*

v.15 *Claudumq;*) Bert. *infeſtumq;*.

Telum aliquod quæritans temere faſcem lignorũ) Sic membranæ Flor. Rom. *t.a.q.emere faſcem.* Bert. *t. quæritans omnem faſcem l. poſitum aſcendit.*

v.16 *Cunctis*) Pal. *cæteris.*

v.22 *Accurſus*) Bert. Rom. & Ald. *diſcurſus.*

v.17 *Cum ſonitu vehementi, & largo ſtrepitu inſolenti*) Vide Lucianum.

v.23 *Ortiui ſolis*) vulgo, *ortus ſ.*

v.28 *Sarcinis*) Non eſt in Bertino.

v.29 *Gerulonum*) Sic cum Grutero & Coluio ex Flor. reſcripſi. In vulgatis eſt *gerulorum.*

Nimia nimio) τὸ *nimio* inducit Bertinus.

v.30 *Ad extremas metas*) Ita Palat. & *Bert.* in Flor. *eſt a.e.incitas.*

v.31 *Quantum poſſunt grauioribus*) Pal. *q. poterant grauibus.* Flor. q. poteſt g.

v.33 *Speculandum*) Flor. *ſpectandum.*

v.34 *Crebro*) Flor. *crebra*, male.

v.37 *Sero quidem, ſedulo tamen*) Vulgo, *ſ.q. ſerio t.*

v.41 *Turbelas*) Rom. & Aldus, *turbulas.*

Genuino ſermone) Sic recte Venetus & Fuluii liber. Alii, *gemino ſ.* inepte.

p.142 v.1 *Auguſtum nomen Cæſaris inuocare*) In calamitatibus & preſſuris fidem Cæſaris inuocabant. Lucia. p.246. Apul. l.9. *Fidemq; Cæſaris identidem implorantium.* Spart. Iuliano: *In Palatio idem Iulianus occiſus eſt fidem Cæſaris implorans.* docte Briſſonius de formul. lib. 8 p.718.

v.9. *Roſæ virgines*) Bert. *R. margines.* inepte. Peruigilium Veneris.

Ipſa iuſſit mane tua virgines nubant Roſa.

Libanius Sophiſta progymnaſ. in Encomio Veris p. 177. Achilles Tatius lib. 2.

Fluebant) Rom. & Aldus, *florebant.*

v.10 *Et ſpe ſalutis*) τὸ & delet Flor.

v.11 *Conſilium ſalubrius*) tralate à temperatis cibis aut locis, qui ſalubres humano corpori, li. 4 *his omnibus ſalubri conſilio recte diſpoſitis.*

v.13 *Euidens exitium*) Flor. *in e. exitium.*

v.14 *Iudicii*) Pal. *indicii.*

v.16 *Fana rodebam*) Grut. Suſpic. lib. 6 c. 2 *frenum arrodebam.* In vulgatis eſt, *fana rodebamus.* Forte, *fanum rodebam vſq;.*

EMENDATIONES AD LIB. IV. METAMORPHOSEON.

v.23 *Diem ferme circa medium*) confer Lucianum, ex quo noſter hunc librum totum deſcripſit.

Cum iam flagrantia ſolis) Nonnus Dionyſ. libr. 48 v. 306.

— — πάλλων
χαρχαλέης πυρόεντα μεσημβρινὸν ἦχον ἱμάσθλης
ἠέλιος σπλάγισε.

Valer. Flaccus lib. 2.

Et ſol æthereus medias conſcenderat arces.

v.24 *Apud notos ac familiareis*) τὸ *familiareis* male abeſt à Pal. l. 9 *Ad quempiam ſibi diuertit familiarem.*

P 26 *Oſcula mutua*) Lucianus p. 246 φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους.

Sentire præſtabant) Aldus *ſ. præſtant.*

v. 29 *Leuigatos*) Rom. Bert. & Aldus *leuatos*, male. Lib. 9 *Fabularum lepida iucunditas leuigabit.*

v.31 *Compaſcuus cætus*) Bert. *c. hortus*. Vulgo, *c. cilus*. Vide Grut. Suſp. lib. 1 c. 1.

v.32 *Alioquin*) non eſt in Bertino.

v.38 *Frutetis*) Sic recte membranæ Floren. vulgo, *protectus*. Schickeradt, *roſectis*, male.

v.40 *Erectus in hominem*) Venet. *refectus i. h.*

v.41 *Cum in iſto cogitationis ſalo fluctuarem*) Bert. inuerſo ordine legit: *c. i. i. fluctuationis ſ. cogitarem.*

p. 143 v. 2 *Lætiſſima*) Aldus: *latiſſima*, male.

Vireta) Flor. & Rom. *virecta*.

v. 3 *Mineus color*) Ita Rom. Ald. & Venet. Flor. & Vulc. *niueus color*. Vide Grut. ſuſpic. lib. 7 c. 2.

v. 4 *Veneris & Gratiarum lucum*) in Flor. vno eſt, *Veneri etiam gratum l.*

v. 7 *Concito*) Bert. *perconcito*.

v. 9 *Præclarus ille conatus fortunam*) lib. 1 *Tam bellum conſilium meum præuertit ſors teterrima*. Pindar. Olymp. 12 πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν ἔμπαλιν μὲν τέρψιος.

v. 10 *Fortunæ meæ ſcæuitatem*) Flor. *f. me ſcæuitate.*

v. 12 *Beatæ ſpinæ*) Recte hæc verba Grut. inducit.

v. 11 *Diuini roris*) Rom. & Venet. *diuinis guttis.*

v. 13 *Vſquam*) Vulgo, *vſq; iam.*

v. 15 *In modum*) Videtur abundare.

Floris inodori) Flor. *f. odori.*

v. 16 *Punicantes*) Infra: *Faciem iam dudum punicantem præ pudore*. Lib. 3 *punicantibus phaleris aurora roſeum quatiens lacertum.*

v. 18 *Roſas laureas*) Gloſſæ, ῥοδοδάφνη, *herba aſinaria, taxus, viburna*. Eius herbæ paſtus aſinis lethalis. Vnde & mox poſt *venenum roſarium* appellat. Vide Lucianum p. 246 Iſidor. Etym. lib. 17 c. 7 Baptiſtam Pium in annot: prior: fol: 107.

v. 28 *Mulcato grauiter atq; iacente contra prœlium*

Digitized by Google

Arduo caule) Bert. & Flor. *ardua calle firmas*, m.

v. 14 *Exigui tramites*) Lege cum Fuluio & Schickerado *e. ramices*.

v. 15 *Attenduntur*) Bert. *accenduntur*, male.

Bono certe meo periculo) In Floridis: *audietis me meo periculo*.

v. 24 *Luſitabis*) al. *eſitabis*.

v. 23 *Dedecus primum*) Coluius: *d. priuum*, inepte.

v. 27 *Soles auiditer ingurgitare*) Pal. *ſ. auariter i.* recte. Plaut. Curc. act. 1. ſc. 2. *hoc vide vt ingurgitat impura in ſe merum auariter. faucibus plenis.*

v. 29 *Hoſpitatores*) ſic Mſſti, alii. *ſoſpitatores*.

v. 31. *Effricatis*) Flor. *exfricatis*.

v. 34 *Flammæ vapore*) τὸ *vapore* abeſt à Bertino.

v. 37 *Iuuenes adueniunt*) Bert. *inſtructus a.* male.

v. 41 *Inter thoros*) Ald. *inter choros*.

v. 40 *Lauacro refoti*) vulgo, *l. refecti*.

p. 146 v. 1 *Eſtur & potatur incondite*) τὸ *incondite* m. expunxit Vulcanius. Sic vetus Interpres Origenis li. 3. f. 270 in Iob. dixit: *infrunite manducare*.

v. 4 *Laphitis Thebanis*) Flor. *L. Thebanibus*. Ro. & Ven. *L. Thelamibus*, Ber. *L. Thelamis*. Bero. L. *Thelamonibus*. Vide Ouid. lib. 12. Metam. Pauſ. libr. 5. Diod. Sic. biblioth. lib. 4. Hygin. fab. 33.

v. 7 *Tantæ*) Flor. *tantam*.

v. 8 *Incolumi*) Flor. *incolumes*.

Noſtra virtute) Bert. *n. vi virtute*.

v. 9 *Si quid ad rem facit*) Coluius τὸ *facit* male delet, cum etiam ſit in Florentinis & Bertino.

v. 11 *Lamacho*) Flor. *Lamato*.

v. 10 *Remeauimus*) Bert. *remeamus*.

v. 11 *Diminuti*) Bert. *imminuti*.

v. 13 *Certe antetulerim*) τὸ *certe* abeſt à Pal. & Flor.

v: 16 *Timidule*) vulgo, *timidicule*.

v: 17 *Per balneas*) Loquitur de furibus balneariis, quos Tertullianus vocat, *Lauantium prædones*.

v: 21 *Quiſq; magis ſuæ ſaluti quam domini conſulat*) Pind: Neme: Od: 1 τὸ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων καρδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

v: 25 *Thebas Heptapylos*) Homerus Od: 2 v: 262. Pauſan: lib: 9 p. 550 & 555. Iuuen: Sat: 15 v: 6.

Alioquin) non eſt in Bertino.

v: 31 *Sordidus aureos folles incubabat*) Vulgo, *ſordibus aureorum f. i.* Liuius lib: 8 *Incubantes publicis theſauris*. Seneca lib. 1 de Ira, cap: vlt: *Aceruis auri argentiq; incubat*. Saluian: *incubat defoſſis metallis*.

v: 33 *Conſepta pugna*) Fl: *contempta p.* alii, *contenta p.* VVouuer: *commenta p.* vel, *contenti p.* vide Scoppium ſuſpect: lect: lib: 2 Epiſt: 8.

v: 34 *Potiremur*) Flor: *potiretur*, male.

v: 35 *Praſtolamur*) Flor: *præſtolatis*.

v: 38 *Lamachus*) Flor: *Lamathus*.

v: 39 *Claui emittenda*) Rom: *clauis e.*

p: 147 v: 4 *Patibulatum*) Sic recte Scaliger, Mſſti & vulgati legunt, *patibulum*.

v: 8 *Proximi pericli confinio*) Hor: lib: 1 Ep: 18.

At te poſt paulo ventura pericula ſentis:
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

v: 11 *Medium è re nata*) Beroaldus, *remedium e: r: n*: male. Vide Gruterum ſuſpic: lib: 7 c: 6.

v: 12 *Comminiſcimus*) Vulgo, *Comminiſcimur*. Bertin: & Rom: *commiſimus*, male.

Anteſignani) alii, *anteſignarii*.

v: 13 *Temperato*) Flor: & Rom: *temerato*.

v: 14 *Offulto vulnere*) alii, *affulto v*: lib: 1 *Quod vulnus quam maxime patebat ſpongia offulciens Panthia*.

v: 16 *Re-*

v.16. *Regionis vrguemur*] Sic Ro. Alii, *r. vrgemur.* Vide Indicem.

v.20. *Precibus quæſens*] à Lipſio hæc lectio eſt. m. ſ. & vulgati *p. quærens* legunt.

Per dextram Martis] Palat. *p. d. patris.*

v.21. *Per fidem ſacramenti*] Benè de more militiæ dixit *ſacramentum.* Lactant. in 8. Statii Thebaidos: *Nemo militaris legis ſacramenta ſeruauit.* Noſter lib. 1. *Sic inſtanti militiæ imponimus ſacramentũ* li. 4. *Neq; clamore nec vlulatu quidem fidem ſacramenti prodidit.* Auguſt. tom. 10. ſerm. 1. in feſto Pentecoſt. fol. 703. *Notum eſt, quod milites ſeculi beneficia temporalia à tẽporalibus dominis accepturi, prius ſacramentis militaribus obligantur, & dominis ſuis fidem ſe ſeruaturos profitentur.* Hieron. ad Heliodorum Ep. 1. c. 2. *Recordare tyrocinij tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus in ſacramenti verba iuraſti, pro nomine eius non te patri parciturum eſſe, non matri.* Vide Iſidor. Orig. lib. 9. c. 3. & quæ dixi ad Arnobium lib. 2.

v.22. *Cur enim manu*] Flor. *c. e. manui.* Scoppius ex Fuluii libro *c. e. manui q. r. & iuuare ſola p. f. l. ſ.*

v.24. *Manu ſocia*] Bert. *m. propria.*

v.27. *Tranſadigit*] Bert. & Rom. *tranſadyt*, malè.

v.29. *Elemento toto ſepultus* Propert. lib. 3. Eleg. 7.

Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare eſt.

v.31. *Tamen ſcæuum fortunæ nutum*] Flor. *t. eum ſcæuus f. nutus*, malè.

v.32. *Abducere*] alii, *deducere.*

v.34. *Obliſis faucibus*] Cicero pro Scauro: *Gulam digitis oblidere.*

v.36. *Nobis ſcilicet rapienda*] Sic rectè Pal. Flor. & Bert. in vulgatis eſt, *n. ſtilis r.* malè.

v.39. *Veſtem ſtragulam*] De ſtragula veterum veſte

tres elegantiſſimos libros iam olim ſtudioſè elaborarat Iſaacus Caſaubonus, quos præmatura & optimis literis admodum damnoſa viri eximii mors nobis inuidit.

Pag.148.v.1.*Reſculas*] alii,*reculas.*

v.3.*Callido*] Bert.*calido.*

v.6.*Certus erroris*] Flor.*virtus e.*ineptè. alii,*incertus e.*

Suſpendit ſe feneſtra] Flor.*ſuſpectaq; f.*

v.7.*Perſpecturus*] Bert.*proſpecturus.*

verſ.9. *Senile illud facinus*] Flor.*ſed & illud ratus.* malè. Vide Indicem.

v.13.*Propter iacentem*] Pal.& Fl.*præter latentem.*

v.14.*Diffiſſaq; crate*] Flor.*diffuſa q; c.*malè.

Riuos ſanguinis vomens]Prudent.Cathem.hym.

Siſtitur riuus cruore qui fluebat perpeti.

v.15.*Primitus*] Flor.*imitus.*

v.17. *Bonum ſecutorem Lamacho dedimus*] i.e. qui Lamachum ſequeretur comitareturq; ad Orci cancros.Lipſius Saturn.lib.2.c.7.

ver.20.*Ibi fama celebrem quendam nomine Democharem*] Flor.*ibi famam c.ſuper quodam Demochare munus edituro.*

v.23. *Digno fortunæ ſuæ ſplendore*] Rom. *de formæ ſ.ſ.*malè.

v.27.*Alibi noxij*]Bert.*noxia perdita ſecuri ſuis.*ineptè.

v.29.*Circumforaneæ*] alii,*circumferaneæ.*

v.31.*Forenſi*] Bert.*forenſes.*

v.33.*Sed præter cæterā ſpecioſi muneris ſupellectilem*] Ro.*S.præ.cætera ſ.m.ſ.* Fuluius legit. *ſ.p.c.precioſi m.ſ.*

v.38.*Nutribat*] Bert.*nutriebatur.*

v.41.*Pigra etiam ſeſſione languidæ*] Coluius, *pigra & iam ſ.l.*

Pag.

Digitized by Google

P.149.v.1. *Ad nullum redire numerum*] ἀριθμητοὺς ἀπὸ πολλῶν. Caſaubonus ad Theocritum c.17.

v.3. *Inculta pauperies*] Refert inter magna generis humani incommoda paupertatem, unde & Horatio, *ſæua probroſaq;*, Iuuenali, *infelix* dicitur. Chryſoſtomus Orat.2. de Lazaro f.538. edit. Antwer. *Paupertas eſt res verè moleſta. Non enim vlla oratio poteſt aſſequi cruciatum, quem ſuſtinent illi, quibus cum paupertate res eſt, ſi neſciant vti Philoſophia.* Et Æſchines in Timarchum fol. 273. Paupertatem & ſenectutem grauiſſima in rebus humanis mala dicit.

v.4. *Sine delectu ciborum*] Antiphanes apud Stobæum ſermone 93. ἅπαντ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ. Athenæus lib.4 c.28. Liber Prouerb. c.27. ℣.7.

v.6. *Accurrere*] Flor. *accurrunt.*

v.7. *Tunc iſte babulus*] Retinui Romani & Codd. Florentinorum lectionem. Beroaldus, *bardulus* legi. Papias, *Babiger, ſtultus.* Acta Martyrologii S. Marci, *Bubulum iſtum trahite ad locum Buculi.* Fortè legendũ *babulum i.t.a.l.B.* ſed & Tzetzes Chil.11. hiſt 369. *bubalum* pro *ſtulto* & *ruſticano* ponit.

Vrſam] Flor. 2. *vnam*, malè. (legit.

v.10. *Seruatis ſolerter*] *S. ſolertes totis vnguibus* Ber.

v.14. *Examurcatur*] Flor. & Rom. *examurgatur.*

v.15. *Imponimus ſacramentum*] vulgò, *diſponimus ſ.*

v.7. *Sagina corporis*] Rom. *ſarcina c.*

v.11. *Tergum omne*] Fuluii liber, *tergus o.*

v.20. *Solers ſpecies*] Bert *ſ. ſpes.*

v.21. *Obeundum*] Flor. *obediendum.* malè.

v.24. *Sarcimine*] Bert. & Rom. *acumine.*

v.21. *Thraſileon*] Flor. *Tarſilion.*

v.26. *Qua ceruix fuerat exſecta*] Flo. *q. c. beſtiæ f. e.*

v.29. *Praſtinata pretio*] Flor. & Bert. *prædeſtinata p.* malè.

Digitized by Google

v.31. *Sic ad reliqua fallacia pergimus*] vulgo, *ſ.r.f. peregimus.*

v.23. *Genere Thracio*] Alii, *G. Thraco* vel *Thrace.*

Proditus] Bert. *productus*, malè. li.1. *generoſa ſtirpe proditum.* & lib.9 *prodere partum.*

v.36. *Abuſu præſidio tenebrarum*] lib.1. *fide tenebrarum contectus.*

v.38. *Demiratus*] Flor. *miratus.*

v.40. *Vt ipſe habebat*] vulgo, *vt i. aiebat.* à Palat. τὸ *habebat* abeſt.

verſ.41. *Vt nouitas conſueuit ad repentinas viſiones*] Guntherus:

—*Rerum miratrix fama nouarum.*

Petron. *Nouitas omnium conuertit oculos.* Seneca: *omnes concurrunt, ad noua conueniunt.*

P.150.v.1. *Pellere*] Beroaldus & Aldus, *pellicere.*

v.2. *Mirabundi ab beſtiam*] Flor. omittit τὸ *ad.*

v.6. *Prouentu*] Fuluius, *prouectu.*

v.7. *Lubet noualibus ſuis*] alii rectius, *iubet viuariis ſ.* Vide Agellium li.2.c.20. Columellam de re ruſtica lib.9.c.1.

v.12. *Perflatilem locum*] Flor. *perflabilem l.*

v.14. *Et ſpecus roridos*] Pal. *e.ſ. torſidos.* Cæl. Rhodiginus antiq. lect. lib.25.

v.15. *Fontes frigidos & calles amœnos*] Sic Bert. vulgo, *& colles f. & fontes a.* In Flor. τὸ *colles frigidos* non comparet.

Semper incubare] Palat. & Ald. *ſuperincubare.*

v.18. *Nos inquam parati*] Flor. *nos i. ipſi p.*

v.29. *Seruato tempore*] Bert. *ſcrutato.* male, ſupra, *obſeruatis opportunis temporibus.*

Noctis illunio tempore] Ita Pal. & Flor. vulgò *n. illuminio t.* lib.9. *tenebris illunæ caliginis impeditus.* Sidonius

nius li.2. Ep.2. *Quos à muralib. excubiis non dies ninguidus, non nox illunis ex turbida, receptui canere perſuadent.*

Quo ſomnus obuius] Flor.*q.ſ.obius.* Cointus Smyrnæus lib.1.v.133.

> Νηπίη, ἤ ῥ' ἐπίθησεν ὀϊζυρῷ περ ὀνείρω
> ἑσπερίω, ὅς φῦλα πολυτλήτων ἀνθρώπων
> θέλγει ἐν λεχέεσσιν *ἐπικέρτομα βάζων.

* *Rhodom.addit.* ἄδην *vel* ἑοῖς.

v.35. *Mox ad vnum omnes etiam ianitorem*] Diſtingue ex Flor. *omnes ad vnum, mox etiam.*

v 39. *Perfracto conferta manus violentia*] Flor. *proſtrato confeſtim confarcta m.v.*

P.151.v.1. *Occultare propere*] vulgò *occultare corpora.*

v.5. *Proterrendos*] alii, *perterrendos.*

v.2. *Concito gradu*] Alii, *cito g.* male. li.1. *Plataa terminos concito gradu deſerentes.* Et, *curſu me concito proripio*, lib.5. *alte rurſus concito gradu pelago viam capeſſit.*

v.8. *Noctu viſitata*] Bert. *n.inſica*, malè.

v.13. *Strepitu ſcilicet*] Non eſt in Pal. & putat Wower. è gloſſa ſubrepſiſſe. Vide Grut.li.7. Suſpi.c.12.

v.10. *Seſe cella cobiberet*] Dele τὸ *cella* ex Fl. & Bert.

v.15. *Obnixum ſilentium*] Pal. *obnixim ſ.* alii, *obnoxium ſ.* malè. ſupra: *lenem gradum, & obnixum ſilentium tolerans.*

v.18. *Et ceteris*] Hæc malè abſunt à vulgatis.

v.26. *Proſpicio*] Bert. *conſpicio.*

v.28. *Scenam deniq;*] Flo. codicis lectio eſt. vulgò, *Schemam.*

v.32. *Salutem fuga quarere*] lib.1. *fuga mandare praſidium.*

v.35. *Spectamen*] Sic Membr. Flor. alii, *ſpectaculum* Rom. *ſpectatum.*

Digitized by Google

v.39.*Turbulis*] Flor.*Turbelis.*

v.41.*Extremum flagitium*] Bert.*immane f.*

P.152.v.4.*Lanceam inieci*] li.1.*iniecto non ſcrupulo, ſed lancea.*

v.12.*Reſeruauit*] Bert.& Rom.*reſerauit*, malè.

v.16. *Reſecto vrſa*] τὸ *vrſa* malè abeſt à Vulcanij editione.

v.17. *Perimitur*] Bert.*interimitur, ſed à gloria non interiuit.*

v.20.*Concito gradu*] vulgati *cito g.* malè.

v.22.*In vita noſtra*] à vulgatis τὸ *noſtra* abeſt.

v.23.*Demigrauit*] Flor.*demigrarit.*

Aſperitate viæ] Flor.*aſpera via.*

v.28.*Etenim nobis*] Grut.*at enim n.*

v.29.*Tanta copia*] In altero Flor. legitur, *t. copioſa.*

v.30.*Saliares ſe cœnaſſe cœnas*] Flor. *ſales* vel *ſaliens*, deleta voce *cœnas*. malè. Vide indicem.

v.31. *Quanquam alias ordeum tunſum minututim*] Flor.1. *nunquam alias ordeo cibatus ſum.* Durantius, *q.a.tunſum munitauerim.*

v.32. *Diutina refectione iurulentum*] Siç Flor.1.in altero eſt, *d. cogitatione i.* Bert. *d. cogitatione virulentum* Schicker. *d. aquatione i.* Vide Durantium Variar. lect. lib.1.c.11.

Semper eſerim] Flor.*ſ. eſſe.*

v.34.*Valenter exerceo*] vulgò *vehementer e.*

v.37. *In Lemures reformati*] Hæc ignorat M.S. Pal. Vide Gruterum ſuſpic. lib.7.c.13.

P.153.v.2.*Attentum*] Pal.& Bert.*attonitum*, malè. lib.7.*mihi per diem laborioſa machina attento.*

v.4.*Sitim leuo*] Rom.& Flor.*ſitim lenio.* Malè. Ouidius 4. Triſtium Elegia 8.

Nec ſiccam Getico fonte leuare ſitim.

v.8.Filo

v.8. *Filo liberali*] Fl. & Ro. *filio liberalem* ineptè. Agellius lib. 14. c. 4. *Forma atq; filo virginali*. lib. 7. c. 8. *Pueros liberali forma in vadis littorum conſpectos, miris modis arſerunt*. & li. 2. c. 23. *Quod ancillã ſuã non inſcitã puellã miniſterio & facie nõ illiberali coactus erat venundare*, vbi pro *liberali*, malè Lip. *illatabili*, repoſuit.

v.15. *Paupertatis neceſſitas*] Alii *p. neceſſitatis*. malè.

v.18. *His & his ſimilibus*] Sic M.S. Florentini.

v.16. *Suarum partium*] τὸ *ſuarum* non eſt in Flor.

v.17. *Scilicet*] Coluius, *ilicet*, probè.

v.22. *Conferunt*] vulgò, *conferre*.

v.23. *Altius eiulans*] Reſcribe ex Fl. *auctius epulans*.

v.24. *Aſſiduis ſingultib. ilia quatiens*] Val. Flac. li. 3.

— crebris quatiens ſingultibus ora.

v.25. *An ego inquit*] τὸ *inquit* non eſt in Bertino.

v.29. *Sub incerto ſalutis*] Rom. *ſub incerta ſ.*

v.34. *Conniuerat*] Aldus, *conquierat*.

v.37. *Verberare incipit*] Dele τὸ *incipit* ex Bert.

P.154. v.4. *Refricaret*] Pal. *replicaret*. ſed nihil mutandum. Cicero ad famil. lib. 5. Epiſt. 17. *Ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuum.*

v.1. *Subiratior*] Flor. *iratior*.

v.2. *Saniore*] Bert. *Seueriore*.

v.8. *Exoſculata*] Flor. *deoſculata*.

v.11. *Matura tibi*] Bert. *maturata t.*

v.19. *Tabulis etiã maritus nũcupatus*] Hæ legitimę coniunctionis argumentũ præ ſe ferunt. L.21. Dig. *de Donat.* & L.12. *de dote*. In Apol. *Facit tabulas nuptiales cum quo iubebatur*. Firmic. Aſtron. li. 7. c. 17. *Sine tabulis nuptialib. coibunt*. Interpres vetus Bibliorum in Tobiæ c. 7. vocat *conſcriptionem coniugij*.

v.21. *Tẽplis & ædib. publicis immolabat*] Liba. in moroſo f. 327. γάμου καιρὸς ἧκεν, ὡς οὐκ ὤφελεν. ἐγάμουν ὡς οὐκ ἴδε

νομίζων γὰρ ὥσπερ ἑτέροις φορὰν ἀγαθῶν ἔσεσθαί μοι τὸ πρᾶγμα συμφορὰν ᾐσθόμην προσθέμενος. λύσας δὲ οὐδὲν τῶν κακῶν. εἶδες γὰρ χωρὶς μὲν ἀλγεῖν ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν εὐτυχίαις. χωρὶς δὲ τῷ τῆς γυναικὸς τῆς ἐμῆς ἑτέρας εὐπορωτέρας ὁρᾶσθαι. πάλιν οὖν ἐνταῦθα τοῖς θεοῖς ἀνενεμήμην. ὦ Ζεῦ καὶ ἥλιε, καὶ γῆ, καὶ ἥρα, καὶ δήμητερ, ὁ δεῖνα τῶν πολλῶν εἷς ὤν, πρὶν ἢ γαμεῖν μετὰ τὸν ὑμέναιον ἐν τοῖς εὐπόροις. ἐγὼ δὲ ἴσος πρὶν ἤ τῶν περὶ τὴν γαμήλιον ἐκλελοιπὼς οὐχ ἧψα δᾷδας; οὐκ ἐστεφανωσάμην; οὐκ ἔθυσα κατὰ δύναμιν; οὐχ εἱστίασα τοὺς φίλους; ποῖ δή μοι τὸ διὰ οἴχεται καὶ παραναλῶται.

v.22. *Domus tota lauris obſita*] Moris vulgati, In Nuptialib. feſtiuitatib. & publico gaudio domus lauro coronare. Tert. Apol c.35. *Cur die læto non laureis poſtes obumbramus.* lib.2. ad uxorem: *Procedit de ianua laureata. Recẽtiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes præſtruebant.* Chriſtiani omnino hoc improbarũt. Tert. de Corona milit. c.13. *Chriſtianus nec laureis ianuam ſuam infamabit.* Martinus Bracarenſis in Excerptis cap. Syno. Græc. c.74. *Non licet iniquas obſeruationes agere diebus Calendarum, & ocijs vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. omnis hæc obſeruatio paganiſmi eſt.*

v.25. *Ingeſtis*] libr.5. *patulis ac petulantibus ſuauijs feſtinanter ingeſtis.*

v.27. *Excertis*] Flor. *infertis.* Bert. *incertis*, alii, *infeſtis.*

v.31. *Trepidæ*] Gruterus, *trepidè.*

v.32. *Sic adinſtar Attidis vel Proteſilai*] Sic lego cum Flor. & Romano Palat. *ſ.a. Athridis.* Bert. *ſ.a. Agidis.* Venet. *ſ.a. Atracis.* Aldus, *ſ.a. Athacidis vel Pyrithoi.*

v.33. *Diſpecta*] Lipſius *diſiecta.* Ian. Guilhelmius, *diſpeſta.*

Sed ſcauiſſimo] Flor. *ſed ecce ſcauiſſimo.*

v.39. *Coronis floridum*] Tert. de Corona mil. c.13.

Coro-

Coronant & nuptiæ ſponſos. Libanius declam. 8. fol. 327. Τί τὴν περὶ τὸν γαμήλιον ἐκλελοιπώς; οὐχ ἧψα δᾶδας; οὐκ ἐστεφανωσάμην; Declam. 39. f 830. ἐπὶ δὲ τοῦτο οὐχ ὑπῆρξε, δὸς ἡμῖν ὦ πάτερ χάριν μετρίαν· ἐπίτρεψον μέχρι τῆς τελευταίας θρηνεῖν, μηδὲ στεφανώσῃς, μηδὲ προσείπῃς αὖθις νυμφίον. Oppianus Cyneget. lib. 1. v. 337.

ὡς δέ τις ἠϊθέων ὑπὸ νυμφοκόμοισι γυναιξὶν
εἵμασιν ἀργινοῖσι καὶ ἄνθεσι πορφυρέοισι
στεψάμενος, πνείων τε παλαισίνοιο μύροιο
ἐς θάλαμον βαίνῃσιν ὑμὴν ὑμέναιον ἀείδων.

Pag. 155. v. 6. *Mi herilis*] Rom. *me hercules.* Aldus, *mea Herilis*, malè. Lib. 9. *De iſto quidem mi herilis*, &c.

v. 10. *Flere & vapulare*] Auſonius Ephem. de ſomniis:

Sunt qui & fletus & gaudia controuerſa
Coniectent, varioq; trahant euenta relatu.

Artemidorus lib. 2. cap. 65. δακρύειν καὶ ὀδύρεσθαι καὶ ἐπὶ νεκρῷ καὶ ἐπὶ ἄλλῳ τινί, καὶ αὐτῷ τὸ λυπεῖσθαι χαρὰν ἐπί τινι καὶ ἡδονὴν ἐπὶ κατορθώματι ἐσομένην προαγορεύει ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον. Auctor Queroli: *Talia egomet etiam manifeſta malo, quam tua ſomnia. Funus ad lætitiam ſpectat, lachrymæ ad riſum pertinent, & mortuum nos ferebamus manifeſtum eſt gaudium.* Aſtrampſychi Oneirocrit.

γελῶν καθ' ὕπνους δυσφόρους ἕξεις τρόπους,
κλαίων καθ' ὕπνους παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.

verſ. 11. *Mellitis dulceolis*] Bertin. *melliciiſque d.* malè.

Anxiatum iri] Ineptè putat Coluius hanc lectionem à Beroaldo eſſe, cum extet in Palat. Aldo, Bertin. & Veneto. Rom. *axatum.* Flor. *delaſſatum* legit.

verſ.15. *Auocabo*] Vulgò, *euocabo*, malè lib. 1. *lepidæ fabulæ feſtiuitate nos auocauit.* Vide Indicem.

verſ. 16. *Erant in quadam ciuitate*] Hanc hiſtoriam ſcite & breuiter recenſet Fulgentius Mythol. lib.3.pag.206. Eſt autem commune exordium fabularum ferè omnium.

v.19. *Puellæ iunioris*] Palat.*p.minoris.*

v.18. *Inidoneè*] Flor.*idoneè.*

v.20. *Pulchritudo nec exprimi*] Petron.*nulla vox eſt, quæ formam eius poſſit comprehendere. Nam quicquid dixero, minus erit.*

v.24.*Admouentes oribus ſuis dextras*] Vide quæ dixi ad Minutium.

v.27.*Attiguas* Bert.*contiguas.*

v.31.*Cœleſtium ſtellarum*] Bert.*ſperarū ſtellarum.* malè.

verſ. 32. *Venerem aliam*] Fulgentius *Iuniorem tam magnificæ eſſe figuræ, vt crederetur Venus eſſe terreſtris.* Rufinus in Antholog. libro 7. Epigr. 125.

κάλλος ἔχεις κύπριδος, πειθοῦς στόμα, σῶμα καὶ ἀκμὴν
εἰαρινῶν ὡρῶν, φθέγμα δὲ καλλιόπης.
νοῦν καὶ σωφροσύνην θέμιδος καὶ χεῖρας Ἀθήνης.
σὺν σοὶ δ' αἱ χάριτες τέσσαρές εἰσι, φίλη.

v.35.*Porrecta*] Berti.*proiecta*, quod alii interpretantur *extenſa.*

v.38.*Nauigabant*] Bert.*vagitabant.*

v 39.*Puluinaria deſeruntur*] Rom.*p. perferuntur.* Bert.*p.proteruntur.* rectè.

pag.156.v.3. *Per plateas commeantem floribus ſertis*] Antiqui flores frugum in illos iactabant, quos cohoneſtare concupiebant. Vide Suidam in περιαγειρό-

γιρόμενοι. Auctorem Etymologici in πάληξ, & Annotata ad Minutium Fel. pag. 70.

verſ. 14. *Puella moritura*] Berti. *p. morcina*. Vnde Scoppius *Morticina*. malè.

v. 17. *Vſurpabit*] Bert. *vſurpauit*.

v. 18. *Illicita formoſitatis*] Lipſ. *illiciæ form*. Berti. *ipſius licita f*. malè.

v. 20. *Flammis & ſagittis armatus*] Zeno ſermone de *Spe, Fide & Charitate* pag. 264. eleganter ſolens ſuo more: *Eſt & alius amor ſane ſaluti noſtræ contrarius, cui rectè hominis forma tribuitur, quia temporalis ac fragilis eſſe cognoſcitur. Ideo lineamento puerili depingitur, quia eius laſciua lubricitas nec annis ſenilibus temperatur; ideo nudus, quia voluntas eius eſt turpitudo; Ideo pennatus, quia in quæcunque conceperit, velociter ruit. Ideo telis facibuſque conſtructus, quia illicitis ardoribus ſemper iunctus eſt gladius. Ideo autem cæcus, quia cum exarſerit, non ætatem conſiderat, non formam, non ſexum, non gradum, non ſacroſanctum illum ſaltem ſanæ pietatis affectum. Hic facibus ſuis Heuæ pectus incendit. Hic Adam ſuis telis occidit. Hic Suſannam conatus eſt duorum ſeniorum aut prodigioſis ignibus ſubiicere, aut parricidali gladio iugulare. Hic Ioſeph mulieri flagitat eſſe violentum, quem etiam dum denudat, eſſe non inuenit impudicum. Hic Synagogam expugnauit, cum ſua illi arma concedit. Hic ubique turbulentus, ubique fertur inſanus. Promittit, dat, tollit, nunc triſtis, nunc hilaris, nunc humilis, nunc elatus, nunc ebrius, nunc ieiunus, nunc accuſator, nunc reus. Iocatur, ludit, pallet, tabet, ſuſpirat, celat, obſequitur, aut tentat, aut decipit, peiuſque blanditur, quam furit. Occaſionem ullam prorſus nocendi non præterit.* Tzetzes Chiliad. hiſt. 12.

ὡραῖον νέον μειράκα τὸν ἔρωτα ζωγράφοι,
τοξότην ζωγραφοῦσί τε συνάμα καὶ πυρφόρον,
καὶ πτερωτὸν, κατέχοντα δελφῖνά τε καὶ πόαν.
τῇ μὲν γραφῇ τοῦ πτερωτοῦ τῆς πόας τοῦ δελφῖνος,
κρατεῖν τοῦτον σημαίνουν τε ἀέρος, γῆς, θαλάσσης.
τοξότην καὶ πυρφόρον δὲ σὺν τούτοις ζωγραφοῦσιν·
ὡς πλήττοντα καὶ φλέγοντα καρδίας τῶν ἐρώντων.
νέον δὲ τοῦτον γράφουσι συνάμα καὶ ὡραῖον,
ὡς τοῦ ἐρᾶσθαι καὶ ἐρᾷν πρεπώδους νέᾳ φύσει.
πρεπωδέστερον μᾶλλον δὲ τῇ νέᾳ καὶ ὡραίᾳ.

v. 7. *Fremens*] Palat. *tremens*.

v.28. *Per ego te materna*] Vide Gruter. Suſpic. lib.7.c.14.

v.29. *Per tua ſagitta dulcia vulnera*] lib.2. *Vbi primam ſagittam ſaeui cupidinis in ima pracordia mea delapſam excepi*. Xenophon memorabiliũ li.1.fol.724. ὦ μωρὲ τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι τι ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς; οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μ[illegible]ψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἁπτόμενον, ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησί τι [illegible]πάνυ πόρρωθεν τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν; ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν. Vide Alexandrum Aphrodiſæum probl.lib.1.c.87.

v.30. *Et pulchritudinem contumacem*] Bert. *inp. continuam reuerenter veridica* ineptè.

v.35. *Infirmi*] Bert. *infimi*.

v.36. *Preſſule ſauiata*] lib.2. *Me preſſim deoſculato*.

Oſculis hiantibus] Bert. *o. vibrantibus*.

v.40. *Præcepit*] Bert. *præceperit*.

v.38. *Summum rorem*] Flor. *ſummo rore*.

v.39. *Vdo reſedit*] Flor. *ſudo reſedit*.

Pag 157. v.2. *Auriga paruulus Delphini Palæmon*] Par-

Paruulum dicit, quoniam puer admodum Deus maris factus eſt. Claudianus de Nuptiis Honorii & Mariæ v.156.

---* *frenatq; roſis Delphina Palæmon.*

Maria perſultantes] Bert.*m.perſulcantes.* ſed nihil mutandum. Tacitus lib.2. Annalium: *ſimul exercitu Ibero campos perſultante.*

v.3. *Tritonum caterua*] Scholiaſtes Lycophronis. Diodorus Sic.lib.4.

Concha ſonaci] Ouid. Metamorph. lib.1. v.[illegible]. Nonnus Dionyſiac.lib.36. Turnebus aduerſar. lib. 2.c.21.

v.5. *Sub oculis Dominæ ſpeculum prægerit*] Bertin. *ſpecularum p.* malè. Vide Spondanum ad Heſiodum p.36.

v.15. *Virgo alia*] Puto legendum, *viro vidua.*

Domi reſidens] ſupra: *ſic nobis otioſa domi reſidens, luſitabis.*

Deſerta] Flor.*deſertam.*

v.16. *Ægra corporis*] lib.5. *Pſyche corporis & animi alioquin infirma.*

v.20. *Tanto numine*] Bert.*canto n.*

v.32. *Affatu*] Flor.*effatu.*

Pigens] Rom.*piger.*

v.35. *Vrgent tetri effectus*] Flor. & Bert.*urget teter e.*

v.36. *Tedæ lumen atræ fuliginis cinerem arceſſit*] Bert.*t.l.m.a.f.c.areſcit.* optimè.

v.37. *Tibiæ Zygiæ*] Flor. Rom. & Baptiſta Pius Sylloge 3.c.188. *Tibiæ Gygiæ* malè. Vide Indicem.

v.38. *Cantus lætus hymenæi*] Dio Tharſiaca 1. fol. 410. ὑμέναιος ἴδιόν τι μέλος ἐςὶν ἀρχαῖον ἐπὶ τῶν γαμούντων. Vide omninò Tzetzen Chiliad.13.hiſtor.

v.39 *Lugubri ſinitur ululatu*] Achilles Tatius lib. 1. pa.19. τάφος μὲν ἐπὶ τέκνου ὁ θάλαμος, γάμος δ' ὁ θάνατος, θρῆνος ὁ ὑμέναιος ὁ δὲ κωκυτὸς τῶν γάμων οὗτος ᾠδαί.

v.38. *In querulum Lydii modum*] in Floridis: *ſiue tu velles Æolium ſimplex, ſeu Aſium varium, ſeu Lydium querulum.* Plato de rep. lib. 3. fol.398. τίνες οὖν θρηνώδεις ἁρμονίαι λέγε μοι. σὺ γὰρ μουσικός. μιξολυδιστὶ ἔφη καὶ συντονολυδιστί.

pap.158.v.2. *Miſellam Pſychen*] Rom. & Berti. *m[illegible]ſiam P.*

v.15. *Gentes* Vulgò, *Gens.*

v.17. *Quaſi peremptam*] τὸ *quaſi* abeſt à Bertino.

v.22. *Totius orbis exitio*] Flor. *otioſo o.c.*

Conticuit] Bert. *atticuit.*

v.27. *Choragio itaque perfecto deiectiſq; capitibus*] Hunc locum ita lego ex Fulgentio & Bembi codice, vt iam olim monuerunt viri eruditiſſimi, Colvius, Andreas Schottus, *in Nodis Ciceron.* libro 4. cap.10. & Erycius Puteanus Epiſtol. Centur. 1. Epiſt.38.

v.29. *Abſtruſi tenebris*] Bert. *abſconſi t.* In luctu domi ſe continebant. Plin. lib.9. Epiſt. 13. ad Quadratum: *Mitto ad Anteium, rogo vt veniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret.*

v.31. *Molliter ſpirantis Zephyri*] Simile quid accidit Iolæ, cum ſe præcipitem daret de muro Oechaliæ, vt Plutarchus ex Nicea Malcote in Parallelis fol.308. notat.

v.32. *Vibratis*] Flor. *Vibrantis.*

Ruris] Hoc malè deeſt vulgatis.

v.35. *Ceſpitis gremio leniter*] Bert. *c. gramine l.*

EMEN-

EMENDATIONES AD LIB. V. METAMORPHOSEΩN.

Pag.158.v.7. *In ipſo*] non eſt in Bertino.

v.8. *Tanta mentis*] Gruterus, *tandem mentis.*

v.10. *Placido*] Vulgò: *placidiore.*

v.11. *Pellucidum*] Flor. *placidum.* Virg. Eclog.

Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis ſtaret mare.

v.14. *Scires*] Vulgo, *Scies.*

v.19. *Mirus prorſum homo, imo ſemideus*] Sic hunc locum ex Palat. emendaui, qui in vulgatis fœdo gloſſemate perlitus.

v.20. *Efferauit argentum*] In Beroald. Aldo & Baſil.1. eſt, *effigiauit a.* Lipſius pro *argentum, argumentum* legit, quod antiquis artificium ingenioſum, vt vir Eruditiſſ. ad Capellam obſeruat.

Enimuero] Bert. *quin vero.*

v.21. *Pauimenta ipſa lapide pretioſo*] Eleganter & erudite Caſaubonus ad Sueton. lib.1. fol.29.

v.28. *Balneæ fulgurant*] Vulgo, *valuæ f.*

v.32. *Fidentior*] Bert. *fiducior.*

Intra limen ſeſe facit] Ita Mſſti omnes. Modius mauult, *i. l. ſeſe iacit* vel *faceſſit.* Alii, *i. l. ſ. agit.* malè, vide Indicem.

v.35. *Nec eſt quicquam, quod ibi non eſt*] ſupra: *& quicquid fieri non poteſt, ibi eſt.*

v.40. *Corporis ſui nuda* ἀσώματος infra: *Voces informes audiens.*

pag.160.v.1. *Te refer*] Flor. *t. offer.*

v.2. *Accipis*] Flor. *ancipis.* malè.

v.3. *Nec corporis cura nec tibi*] Alii, *nec c. curata tibi.* Eſt Idiotiſmus.

v.6. *Sui diluit*] τὸ *ſui* ex M.SS. adieci.

v.7. *Suggeſtum*] Flor. *Suggeſtu*, malè.

v.14. *Nec ipſa*] Bert. *n. ipſe.*

verſ.15. *Modulata multitudinis*] Palat
m. m.

v.17. *Veſpera ſuadente*] Hom. Il. ἠ. νυκ

v.19. *Virginitati ſuæ metuens pauet*] A
in Lucam cap. 2. *Trepidare virginum e*
mnes viri ingreſſus pauere, omnes viri adfat

Aures eius accidit] Pal. & Rom. *a.*
malè. Valer. Flac. lib. 4. v. 579. Vox hæc *ſi*
aures. Vide Coluium.

Virginitatis ſuæ] vulgò, *virginitati.*

v.22. *Uxorem ſibi Pſychen fecerat*] Hi
in Oſeam tom. 5. c. 11. *Homo cùm uxorem*
de virgine mulierem facit, id eſt, non virgine
de Cherubin fol. 78. ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ ἡ ἐπὶ γ
συνόδος τὰς παρθένους γυναῖκας ἀποφαίνει. Fulg
Probam Ep. 3. *In opere corporalium nupti*
ginitas carnis amittitur, vt ad carnis fecund
niatur.

v.24. *Nouam nuptam interfectæ virgi*
rant] In colluctatione Venerea (ſcrobe
virginalem effodientibus ſponſis) ſcindit
ſeu membranula illa, qua puellis menſes
vnde & ſanguinem largum emittunt, quo
dicio certæ & incorruptæ virginitatis etia
ri inſtrumento habitum, vt patet ex Deut
22. D. Auguſtinus de *Peccato Originali* ad
Cæleſtinum lib. 2. cap. 35. *Non virginitatis*
ad concupiſcendos fœtus vi turbidi vitiaretu
& eo modo non eſſet dolor & cruor virgini
bentis. In Regno Feſſano etiam nunc Sp

Digitized by Google

Sponſam ante nuptialem feſtiuitatem includunt cubiculo, qui tum reſtincto omni pudore una volutantur, linteoque ſubſtrato coeunt, quod deinde cruore infectum tanquam virginitatis ſignum à vetula conuiuis cum magna lætitia & applauſu monſtratur. Verum medicorum filii variè hac de re diſputant, inter quos adeundi Valeſius de ſacra Philoſoph. cap.25. Realdus Columbus lib.15. *de iis, quæ raro in anatome contingunt.* & excellentiſſimus Doctor Rodericus de Caſtro in medico-polit. lib.4.c.12.

v.26. *Delectationem eius commendarat*] τὸ *delectationem* non eſt in Aldo.

v.28. *Mœrore conſeneſcebant*] Pal. *m. animi ſeneſcebant.* Cic. pro Cluent. *Mœrore & lacrymis conſeneſcebant.*

v.33. *Auribus ſentiebatur*] Flor. *a. nihil ſ.*

v.35. *Scæuior* Flor. *Sæuior.*

v.38. *Protinus aderunt*] Sic Bertinus. Fuluii liber & Flor. Romã *adere.* Aldus, *adiere.* alii *adierunt.* lib. 2. *prima face cubiculum tuum adero.*

pag.161.v.2. *Totum lachrymis*] Flor. *t. cum l.*

v.10. *Haccine mihi pollicebare*] Rom. *Hiccine m. p.* Legendum: *Siccine m. p.*

v.11. *Perdia*] Flor. Rom. & Ald. *perfida*, malè.

v.14. *Tantum*] vulgò, *tamen.*

v.24. *Centies moriar*] alii, *ſexcenties m.*

v.25.26. *Amo ut meum Spiritum*] Samuel. 1. cap. 18. *Dilexit eum tanquam animam ſuam.*

v.29. *Imprimens oſcula ſuaſoria*] Vide notas noſtras ad Minut. Felicem.

v.31. *Mi mellite, mi marite*] Sic Mſti & princeps editio. Hieronymus de vita Clericorum ad Ne-

potianum: *crebra munuſcula & ſudariola, & faſciolas, & veſtes ori applicitas, ac deguſtatos cibos, blãdaſq; ac dulces litterulas, ſanctus amor non habet. Mel meũ, lumen meum, meum deſiderium, omnes delitias & lepores, & riſu dignas vrbanitates & cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur.* Plantus Caſina ſcena, *Non mihi licere, &c.*

CHA. *Quid facies?* OL. *concludere in feneſtra firmiter,*
Vnde auſcultare poſſis, quum ego illam oſculer: quũ mihi illa dicet,
Mi animule, mi Olympio, mea vita, mea mellilla, mea feſtiuitas.
Sine tuos oculos deoſculer voluptas mea, ſine amabo te amari:
Meus feſtus dies, meus pullus, meus paſſer, mea columba, mi lepus.

Vbi in tertio verſu Nobiliſſ. Douſa pro *mellilla* contra fidem Mſſtorum & editorum malè *medulla* repoſuit.

v.33. *Succumbit*] Flor. *Succubuit.*

v.35. *Locumq;*] Flor. *Lucumq; illum.*

v.36. *Feſtinantes adueniunt*] Rom. *feſtinanter a.*

v.37. *Vbera*] Flor. *ubertim.*

v.40. *Delapſæ*] Flor. *delapſo.* rectè.

pag.162.v.2. *Lachrymis madentes genas*] Seneca Octaui. v.681.

--*cur genæ fletu madent.*

v. 4. *Præcepti maritalis admonet*] Wowerus & Scopp. & Fuluii libro, *præceptis maritalibus a.*

verſ. 9. *Sed & tectum*] Dele gloſſema ex Bertino.

V.II.

Digitized by Google

v.11.12. *Vocumq; & ſeruientium populoſam familiam demõſtrat auribus earum*] Sic Flor.& Bert. quomodo etiam coniecit Schickeradus. in vulgatis eſt, *locumq; e.ſ.p.a.ſ.a.e.ingerens,infra*: *Mulier voces ancillas habet, & ventis ipſis imperat*. Fulgentius: *ibique vocibus ſibi tantummodo ſeruientibus, ignoto & manſionario vtebatur marito.* Et poſtea: *Habuit ergo vocale ſeruitium, ventoſum dominicum, nocturnum commercium, ignotum coniugium.*

v.16. *Scrupuloſè curioſeq;*] τὸ *curioſè* delet Palat. nõ rectè. Vide Indicem.

v.19. *Vllo pacto*] Etiam hæc malè abſunt à Palatino.

v.20. *Arcanis exigit*] Bert. *arcana e.*

v.21. *Commodum lanoſo barbitio genas inumbrantem*] Rom. *c.l.inoſtim b.g.i.* Infra: *Florenti lanugine barbam inſtruens.* Lib.7. *et commodum lanugo malis inſerpebat*. Virgil.

--*genas veſtibat flore iuuentæ.*

Vide Theocritum Eidyll.2. Apollon. lib. 2.

verſ.23. *Sermonis præcedentis*] Modius: *ſ.procedentis.*

v.25. *Reportandas*] Bert. *exportandas.*

v.27. *Inuidiæ felle*] Ouid. de Inuidia, li.2. Metam.

Pectora felle virent. -- --

v.29. *Orba ſæua & iniqua fortuna*] Plinius lib.2. cap.7. *Toto mundo & locis omnibus, omnibuſque horis omnium vocibus fortuna ſola inuocatur, & vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitiis colitur, à pleriſque verò & cæca eſt æſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumque fautrix.*

v.29. *Hiccine* Flor. *Hoccine.*

v.37. *Splendicant gemmæ*] Rom. *Splenditant g.* lib. 7. *cui depiles genæ leui pueritia ſplendicarent.*

v.38. *Calcatur aurum*] ſupra: *gemmas & monilia calcat.*

pag.163.v.5. *Cucurbita glabriorem & quouis puero pumiliorem*] Sic Fulgentius de Priſco ſermone hunc locum laudat. Bert. & Florentini, *c. caluiorem, & q. p. puſilliorem* legunt.

v.4. *Seniorem*] Senes contemnuntur paſſim à iuuenculis. Menander:

πικρὸν ἐϛὶ θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

verſ. 6. *Serris & cathenis*] Flor. & Palat. *ferris, &c.*

v.10. *Duratos in lapidem digitos*] Perſius Sat. 5.

--- *cum lapidoſa chiragra*
Fregerit articulos. Vbi vide Caſaubonum.

Ac per hoc rariſſimè Venerem recolentem] Flor. *a. p. h. rariſſimo v. r.* Ægroti inepti ſunt ad Veneris ſacra celebranda. Achilles Tatius de Clitoph. & Leucip. amorib. lib. 6. p. 134. νόσος γὰρ μοι ἐξαίφνης ἐπέπεσεν. οἶδας δ' ὅτι ὑγείας χωρὶς οὐδέν ἐστιν Ἀφροδίτη.

verſ. 11. *Cataplaſmatis*] Flor. & Rom. *cataplaſmatibus.*

v.12. *Medicæ laborioſam perſonam*] Aldus, *medici l. p.* malè.

v.16. *Collapſam indigne*] Sic Mſſ. Rom. & Aldus. Scaliger & Lipſius, *collatam.* Vulcan. *collectam*, malè.

v.19. *Inuita proiecerit*] Bert. *in via p.*

v.20. *Efflari*] Bert. *afflari.* malè.

v.18. *Incondita illi* alii, *increata.* Scoppius. *increta* tanquam indiſcretæ.

v.26. *Populorum vnda*] Bert. *p. uia, ſummo ſtudio ſingula.*

v.28. *Diſſitisq; generibus*] Palat. *diſtinctisq;* male.

v.38. *Diſtinctis*] Palat. *diſtentis.*

v.16. *Opus expeditum approbato*] τὸ *expeditum* non eſt in Palat. Sic Phædrus: *opus approbauit.* Vide Indicem.

v.20. *Formicula ruricula*] Phœdrus, fab. lib. 4. *ruſticam* vocat. Vide Ariſtotelem hiſtor. animalium lib. 1. cap. 38.

v. 29. *Sed initio noctis*] Bertin. S. *in initio n.*

v. 30. *Nuptiali*] Flor. *nuptialis.*

v. 34. *Et fruſto*] Flor. *e. furto*, male.

v. 41. *Rupique longa*] Ita Bert. recte. alii, *ripiſq; longis.* Statim enim ſequitur: *Præcipitio fluuialis rupis.*

P. 178. v. 5. *Obſequium quidem illa functura*] Ro. *o. q. i. functatur.* male.

v. 10. *Feras aditum*] libr. 8. *nulli contra nos aditum tulerunt.*

v. 11. *Mutuato calore*] Flor. *mutata calorem.*

Truci rabie ſolent efferri] Lego, *t. r. ſ. efferari.* lib. 9. *in ſuam perniciem aduertit efferari.* Plinius, *Fœminæ ſues in tantum efferantur, vt homines lacerent.*

v. 12. *Fronte ſaxea*] In Vulcanii editione inepte legitur, *fonte ſ.*

v. 16. *Quæ mecum ſimul vnum fluentum bibit*] Anacreon:

ἡ γῆ μέλαινα πίνει, πίνει δένδρε᾽ αὐτήν,
πίνει θάλασσα δ᾽ αὔρας.

v 19. *Connexum obhæreſcit*] Flor. *connexis adhæreſcit.* Rom. *paſſim ſtirpibus connexis obhæreſcit.*

v. 28. *Periclitabor*] Bert *periclitabo.*

v. 30. *Fontis atra fuſca vnda*] Hom. Il. 1. v. 14. ὥστε κρήνη μελάνυδρος.

v. 32. *Rauca Cocyti*] Flor. *pauca c.* male.

v. 33. *Hauritum*] Non eſt in Palatino.

v. 34. *Perferto vrnula*] Rom. *deferto u.*

Pag. 179. v. 1. *Lacunis eductis*] Sic lego cum Florent. & Pal. in vulgatis eſt, *laciniis editi*, in aliis, *lacunis editi.*

Cumulum] Bert. *tumulum*, quod etiam coniecit Coluius.

v.3. *Cotibus*] Flor. *Cautibus*.

v.11. *Lachrymarum etiam carebit ſolatio*] Ouidius lib.9. Metam.

—eſt quadam flere voluptas:
Expletur lacrymis egeriturq́; dolor.

Et Seneca: *Omnis aduerſa fortuna habet in querelis leuamentum.* Contrarium aſſerit Menander, cuius lepidiſſimos verſus adſcribam, pag. 115. Sentent. Vett. Comic.

εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
ἀεὶ θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο.
ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον.
νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ' οὐδ' ἀποβλέπει.
εἰς ταῦτα δέσποτ' ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν,
ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μὴ, πορεύσεται.
τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐθὲν ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν τὰ δάκρυα.

v.6. *Muniebant*] alii, *mouebant*, quod non diſplicet.

v.13. *Optimi Iouis*] In Flor. eſt, *primi I.* in Bert. *premi.* unde rectè Modius facit, *ſupremi Iouis.*

Regalis aues] Flor. *r. ales* rectè. Ouid. lib.4. Meta. v.362. eſt, *regia ales*. Achilli Tatio lib.2. *rex omnium auium.*

v.16. *Pocillatorem Phrygium*] Flor *pollicitatorem*, malè. Ganymedem ſignat, de quo Hyginus lib.2. Theod. lib.4. Arnobius lib.7. Fulg. Mytholog. lib.1. & alii.

v.22. *Fando comperiſti*] Virg.2. Æneid.

Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures.

Per Stygis maieſtatem] Vide quæ dixi ad Minutium Felicem fol. 65. & Ariſtidem Orat.1. in Neptunum.

num. Senecam Hercule Fur. Ouidium Metam. lib. 1. 2. & 5.

v.25. *Feſtinanter*] Flor. *feſtinat*.

Libratisq; pinnarum motibus] alii, *vibratisq; p. m.* malè. Ouidius de Dædalo lib. 8. Metamorph. v. 201.

—*geminas opifex librauit in alas*
Ipſe ſuum corpus. —

v.28. *Volentes*] vulgò, *nolentes*.

Præmonentes] Pal. & Rom. *præminantes*. Flor. *potantes*.

v.30. *Facilior*] alij, *fælicior*.

v.31. *Vrnulam*] vulgò, *vrnam*.

v.32. *Citata*] alii, *cita*.

Dea ſæuientis] malè omittit Bert. τὸ *ſæuientis*.

v.35. *Maga quædam mihi & altè prorſus venefica*] Sic Scaliger, Flor. *magna q. m. & alta*. alii, *magna q. m. e. cata malefica*. altè ἄκρως πάνυ.

v.38. *Et dedit*] Hæc delet Flor.

v.41. *Sufficiens*] Flor. *Sufficiente*.

Pag. 180. v.3. *Delitam*] Bert. *delibutam*, alii, *delinitam*.

v.8. *Ad quampiam turrim*] Coluius particulam *ad* male expunxit, quæ in Rom. editione & optimis MSS. etiam extat.

Se datura] Flor. *ſeſe daturam*.

v.10. *Prorumpit*] Flor. *prorupit*.

v.11. *Ecquid te inquit præcipitio miſella*] Flor. *& quid t. i. præcipitem ô m.*

v.13. *Succumbis*] Flor. i. *incumbis*. malè.

v.15. *Inde nullo pacto redire poteris*] Propertius:

Deſine Paule meum lachrymis vrgere ſepulchrum:
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Cum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant Adamante viæ.

Catullus: *Qui nunc it per iter tenebricoſum,*
Illuc vnde negant redire quenquam.

Seneca Herc. Fur v.860.

Nemo ad id ſero venit, vnde nunquam
Cum ſemel venit, poterit reuerti.

& Herc. Oetæo v.1550.

Vadis ad Lethen Stygiumq; littus.
Vnde te nulla referent carina.

v.17. *Tænarum*] Vide Pauſaniam lib.3.p.212.

v.18. *Iter inuium*] alii, *imum.*

v.19. *Limine tranſmeatum*] Flor. & Fuluii liber, *limite tranſmeato* recte.

v.20. *Directo*] Flor. *direpto*, malè.

verſ.21. *Offas polenta mulſo concretas*] Bert.1.o.p.m. *contritas.* Loquitur de naulo veterũ, quod mortuis in os imponere ſolebant, putantes, ſine hoc Charontem animas grauatim recipere. Suidas. Μελιτοῦττα· μελιτοῦττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς ἐς τὸν κέρβερον καὶ ὀβολὸς μισθὸς τῷ πορθμεῖ, καὶ στέφανος, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις.

v.24. *Continuaberis*] Flor. *continqueris*. Pal. & Ber. *continuabis*. Rom. *continuaueris*. Aldus, *continuaris*. Vide Indicem.

v.25. *Rogabit decidente ſarcina funiculos aliquot*] Florent. *rogauerit d. ſarcina fuſticulos aliquos p.e. Tu nulla.*

v.28. *Charon*] à Tibullo appellatur,

—Stygia nauita turpis aqua.

Vide Virgilium lib. 6.

v.29. *Sutili cymba deducit commeantes*] Aldus, *futili c.d.c.* Hæc ex Virgilio deſcripſit, quem adi lib.6. v.513. & ſeq.

v.31. *Me-*

v.31. *Moriens viaticum debet quærere*] Plautus in Prologo Pænuli:

Ipſe abijt ad Acherontem ſine viatico.

Vide Etymologicon magnum fol. 247. & Cælium Rhodig Antiq lect. lib. 10. c. 2.

v.33. *Seni*] Lipſius, *ſenici*. Virg. lib. 6.

Terribili ſqualore Charon cui plurima mento
Canities inculta iacet &c.

v.37. *Trabas*] Flor. *tradas*.

v.38. *Afficiare*] Rom. & Flor. *affectare*. Pal. & Bert. *afflictare*. ineptè. Vide Indicem.

v.39. *Telam ſtruentes*] Bert. *t. inſtruentes*, ἱςὸν ὑφαίνουσαι.

Pag. 181. v. 1. *Omittas*] *Palat. obmittas*.

v.4. *Pergrandis*] Roman. & Ald. *prægrandis*. Vide Virg. lib. 6. Æneid. v. 417. Senecam Hercule Fur. v. 781.

v.7. *Excubans*] Bert. *ſuperexcubans*.

v.5. *Tonantibus*] Ro. *conantibus*. Coluius, *ſonantib*.

v.12. *Petitum eſto*] vulgò, *petito, e*. Scoppius: *pete-tum eſto*.

v.16. *Recalcans*] Flor. & Fuluii liber, *Recolens*.

v.17. *Hic obſeruandum*] Flor *hoc obſ*.

v.20. *Abditum cures*] Flor. *abdictum curioſius*.

Turris illa velut] τὸ *velut* non eſt in Flor.

Propitia] Flor. *proſpicua*, Pal. *perſpicua* legit.

v.26. *Horrendi*] Flor. *horrenda*. (Benè.

v.27. *Sedile dedicatum*] Scoppius, *ſ. delicatum*.

v.33. *Et repetita*] Flor. *igitur r*.

v.40. *Craſſique*] Flor. *craſſaque* rectè.

v.41. *Soporis nebula perfunditur*] Virg. 3. Æneid.

——*feſſos ſopor irrigat artus*.

P. 182. v. 1. *Collapſam*] Flor. *collapſa*, malè.

v.6.*Deterſoq́;*] alii, *decuſſoque.*

v.12.*Leuis in pinnas*] Palat. *lenis i. p.* Florent. *latus i. p.*

verſ.13. *Reportat Proſerpinæ*] τὸ *Proſerpinæ* deeſt Bertino.

Amore pereſus] Virg. lib. 6. Æneid. ỽ.242.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

v.14.*Seueritatem*] Rom. *ſobrietatem.*

v.15.*Armile*] Flor. & Palat. *armilem.*

v.17. *Preſſa Cupidinis*] vulgò, *perpreſſa*, alii, *prahenſa.*

v.25.*Inferas, in aues*] Ouid. Metam. 6. v.108. Nazianzenus in Carmine ad Nemeſium. Tatianus cõtra Græcos f.280. Primaſius in Epiſt. Pauli ad Rom. c.1. Achilles Tatius li.1. de Clitoph. & Leucip. amoribus. Notæ noſtræ ad Arnobium lib. 4. fol. 88.

v.31.*Conuocare*] Flor. *Prouocare.*

v.33.*Nummorum*] Flor. *Nummum.*

v.36.*Alumnatus ſit*] Flor. *a. ſim.*

v.35. *Muſarum albo*] Puto delendum.

Arripi] Bert. *corripi.*

v.41.*Alliganda*] alii, *colliganda.*

P.183.v.2.*Collata facie*] Rom. *collocata. f.*

v.7.*Porrecto Ambroſia poculo*] Qui in cœlitum numerum cooptabantur, ambroſiam hauriebant, qua hauſta, humana procul dabantur. Helladius apud Photium p.866. νέκταρ οὐ μὲν δὴ δυνατὸν τοῖς θνητοῖς τουτέστι τοῖς κτιζομένοις μετασχεῖν. Tzetzes Chil. 10. hiſtor. 351.

ἡ ἀμβροσία βρῶσις θεῶν μυθογραφεῖται,
ὡς ἀβροσία οὖσά τις, οὐχὶ βροτῶν ἡ βρῶσις.

Martianus Capella de Nuptiis Philog. & Mercurii, ubi Philologia in cœlum ſublimata Cyllenio copu-

latur:

latur: *Tum illa vt refectior cœlum ſublimiſque conſcendas, hoc tibi accipe ſorbillandum. At tunc matri Apotheoſi, quæ cum illa fortè conuenerat, etiam pridem libros, qui ex Philologiæ ore defluerant, manu contingens, ac dinumerans conſecrabat, auferens aliquam globoſam animatamque rotunditatem ſumit, ac virgini porrigit hauriendam. Poſtquam rem dulciſſimam comperit, totam incunctanter exhauſit:*

Continuoq́; nouo ſolidantur membra vigore,
Et gracilenta perit macies, vis terrea cedit,
Æternumq́; venit ſine mortis legibus æuum.

Verum diua cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibiſſe, quo è terris illam in cœlum, immortalemq́; factam velut ænigmate redimiculi perdoceret. Vide Proclum in Platonis Theologiam lib. 4 c. 15.

v. 14 *Nectar*] Tzetzes Chiliad. 10. hiſtor. 351.

νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλιν φασὶν οἱ μῦθοι,
ἡμεῖς δὲ νέκταρ πᾶν γλυκὺ φαμὲν ἐν παραχρήσει.

Quod vinum Deorum eſt] Dele cum Woweto interpretamentum dormitantis librarii. Quis enim adeo rudis, qui ignoret, *nectar* vinum Deorũ eſſe.

ver. 10. *Accumbebat ſummum thorum maritus*] *Summum thorum* cape non cum Seruio, *Altiorem* vel *Eminentiorem*, ſed medium lectum, qui locus dignior nouo ſponſo & nuptæ nouæ hic attribuitur, ſicuti ſemper in nuptialibus epulis fieri ſolet: lib. 7. *Summum puluinar* vocat.

v. 14. *Pocillator*] Eius munus non tantum præminiſtrare pocula; ſed etiam prælibare & ſorbere aliquantulum, vt ſi quid noxium vel impuratum, dematur, idq́; non ſolum in potu; ſed etiam in cibis obſeruatum, vnde & prægustatores, quibus impe-

ratores, reges & Principes etiam nunc vtuntur ſecuritatis cauſa. Vide quæ Iohannes Talantonius hac de re reconditarum rerum lib.3.cap.17. obſeruat.

v.18. *Suppari greſſu*] Flor. *ſuper ingreſſa.*

Formoſe ſal auit] Sic rectè Paſſeratius. In Mſſtris & editis eſt *formoſa ſ.* Vide Indicem.

v.19. *Scena*] Vulgò, *Schema.*

v.20. *Tibias inflaret Satyrus & Paniſcus ad ſ. diceret*] Flor. *t. inflarent, ſ. e. Pan Deus ad ſ. dicerent.*

v.21. *Sic rite Pſyche*] vulgò, *ſic ecce P.*

v.27. *Reueniunt*] Flor *adueniunt.*

v.37. *Propter viam*] vulgò, *propè viam.*

v.27. *Nonnulli tamen imo promptiores*] lege ex Mſto *n. t. animo promptiores.*

v.28. *Vulneratis*] Flor. *vulnerati,* malè.

pag 184. v.6. *Mitiſſimi homines*] vulgò, *ſæuiſſimi h.*

verſ.7. *Vngulas timor mihi alas fecerat*] Virgil. 5. Æneid.

- - - *pedibus timor addidit alas.*

v.8. *Properiter*] Bert. *propiter.*

v.10. *Relaturi tædia* Bert.] *relatori tædio,* malè.

Actutum recurrunt] Flor. *dudum r.*

v.16. *Rupinas proximas*] vulgò, *ruinas p.* malè.

v.17. *Penetrantes quaque decideris*] Flor. *pene antequam d.*

v.20. *Hirudinis*] Flor. *hirundinis.*

v.24. *Finire poteris*] Sic rectè Flor. & Rom. alii, *ferire p.* malè. Vide Indicem.

v.32. *Deducere*] Flor. *diducere.*

v.34. *Applodo terræ*] vulgo, *applaudo t.*

v.36. *Vt me procurrente*] Palat. *v. procurrentem.*

Tra-

Tractu ſui ſequeretur] Alii, *tractus vi ſ.*

v.40. *Capticia*] Flor. *captiua.*

v.41. *Tauro dependentem Dircen aniculam*] Sic Mſſti 2. Flor. & Fuluii liber, rectè, quomodo etiam emendauit Andreas Schottus Obſeruat. lib. 1. cap. In vulgatis eſt, *directè aniculam.* Lactantius ad 4. Thebaid. Statii pag. 142. *Zethus & Amphion Dircen Tauro indomito religatam interfecerunt.* Ouid. in Ibin verſ. 538. Hyginus fab. 7 & 8. Apollodorus biblioth. lib. 3:

pag. 185. v.1. *Conſtantia*] Flor. *audacia.*

v.3. *Placitis gannitibus*] alii, *placidis g.*

v.6. *Commonebant*] Flor. *commouebant.*

v.10. *Sollicito nutu*] Scaliger, *ſ. tutu.*

v.12. *Opem ferte*] Rom. & Flor. *o. facite.*

Sauire deſine] Flor. & Pal. *ſ. deſiſte* rectè.

v.18. *Monilibus adornabo*] Fulu. *manibus a.*

v.20. *Compta diligentia pectinabo*] vulgò, *cuncta d. perpolibo.*

v.21. *Inoculatum*] Flor. 2. *inaulatum*, malè.

v.19. *Caudeq; ſetas incuria congeſtas & horridas*] Lege ex Palat. *c. ſ. lauacri in curia ſordidas.*

v.33. *Phryxum ariete ſupercubaſſe*] Diodorus Siculus lib. 4. Palæphatus. Pauſan. lib. 1. & 9. Cælius Rhodig. antiq. lect lib. 30. c. 34.

Arionem delphinum gubernaſſe] Agellius lib. 16. c. 19. Cicero lib. 2. Tuſculan. Quæſt. Oppianus ἁλ. lib. 5. v. 448. Dio Chryſoſt. fol. 455.

v.34. *Europam tauro ſupercubaſſe*] Ouid. 2. Meta. Herod. lib. 1. Lactantius lib. 1. cap. 11. Martialis de Spectaculis Epigram. 16. Pauſanias lib. 9. Feſtus in *Europam.*

v.36. *Hic identidem*] Flor. *hac i.* rectè.

v.37.*Suſp ratus*[Flor.*ſuſpiritus.*

v.40.*Ea ſcilicet iretur*[Dele τὸ *ſcilicet* ex Palat.

Illuc ad reliquias]Sic Flor.alii, *illa ad r.*

pag.186.v.5.*Via erciſcunda*] Vide Briſſonium de verbor.ſignific.lib.5.in voce *Eriſcunda familia.*

v.7.*Riſu maligno*]alii,r.*magno.* Lucianus: σαρδώνιον γελῶντες.

v.9.*Laruasq́; formidatis*] Lucian. οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας.

Nec noctis intempeſtæ laruas manesq́;] Valerius Flac.lib.2.pag 40.

Auxerat hora metus iam ſe vertentis Olympi,
Vt faciem raptosq́; ſimul montesq́; lucosq́;
Ex oculis, circumq́; graues videre tenebras
Ipſa quies rerum, mundiq́; ſilentia terrent ,
Aſtraq́;, & effuſis ſtellatus crinibus æther.
At velut ignota captus regione viarum
Noctiuagum qui carpit iter, non aure quieſcit ,
Non oculis, noctisq́; metus niger auget utrunq́;
Campus, & occurrens umbris maioribus arbor.

v.10.*Parentes ſuos interuiſere properas*] Lege cũ Flor.& Fuluii libro,*p t.furtim viſere p.*

v.12. *Præbebimus*]Flor.*præbemus* Palat.*præſtabimus.* Bert.*prohibemus*,malè.

v.13. *Et verbum manu iniecta ſecutus*] Sic membranæ Flor.à vulgatis vox *iniecta* abeſt. Li.3. *& verbum facto ſequutus.*

v.19. *Pegaſi vincebas celebritatem*] Lucianus pag. 248.ἵππου ὠκύτερος ἢ πτηνός. Nonnus lib.28.. Seneca Troade verſ.384.

v.32.*Calculo cunctorum*] Lib. 10. *Cum iam ſententiæ pares cunctorum ſtilis ad vnum ſermonem congruentibus ex more perpetuo in vrnam æream deberent*

con-

coniici, quo ſemel conditis calculis iam cum rei fortuna tranſacto nihil poſtea commutari licebat. Libro 3. *Calculis omnium ducatum latrones vnanimes ei deferunt.* Lucianus in Amorib. p.176. Ouid. libr.15. Metamorph. p.539.

verſ 20. *Sic mecum fuſtem quatiens*] Fuit cum legerem, *ſic me confuſtat totiens.* Confuſtat, vt *defuſtat* ξυλοκοπεῖ in Gloſſis, ſed iam vulgatam non repudio.

v.25. *Cœnam quam poſthuma diligentia*] Sic Flor. & Palat. vulgò, *cœnas quas p.d.*

v.27. *Voracitate*] Ald. *ferocitate.* malè.

v.32. *Certè calculo*] τὸ *certè* abeſt à Bertino.

v.36. *Vltra modum delictiq; ſæuire terminum*] Lex enim pœnam commenſurat delicto, ut Marcianus ait, Digeſt. de *pœnis* leg.xi. Ammian. Marcell. lib.28. *Delictis ſupplicia non ſint grandiora.*

v.38. *Feſtinas tenebras arceſſere*] Bert. & Flor. *f.t. acceſſere.* Seneca de Ira lib.2.c.24. *Pœna dilata poteſt exigi, ſed exacta reuocari non poteſt.* Caſſiodorus Var. li.7. in Form.1. Comiti prouin. *Cunctatior eſſe debet, qui iudicat de ſalute. Alia ſententia poteſt corrigi de vita tranſactum non patitur immutari.*

Pag.187.v.3. *Totiſq; vacuefacto præcordiis*] τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἔξω βάλωμεν. Lucianus p.48.

v.6. *Inſititium*] Ita Scaliger. M.S. *inſititium.*

v.9. *Cum vermes membra laniabunt*] vulgò, *cum vermibus m. laniabuntur.*

v.14. *Æſtuabunt*] Pal. & Flor. *æſtuent*, Bertinus, *æſtuabit.*

EMENDATIONES AD LIB. VI METAMORPHOSEΩN.

v.31. *Nuntium fecit*] alii, *n. facit*. ἰδιωτισμός.

v.27. *Candidum ſolis curriculum cuncta colluſtrabat*] πανόπτης enim ſol eſt. Vnde Valer. Flaccus lib. v.274. eum vocat *omnituentem*. & Ouidius lib. 4 fab.4. *Mundi oculum*, Homerus Ιλ.γ.

Ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς.

Videndus Orpheus in hymnis pag.503.

v.29. *Sic enim mutua ſalutationis officium indicabat*] Phædrus lib.1.fab.29. *Ille indignans repudiat officium*. Optatus Afer lib.4.pag.122. *Vt auferat etiam illud quod inter omnes ſolet eſſe commune, ſalutationis videlicet officium*. Confer Lucianum.

v.34. *Fortiſſimi viri*] Palat. *fortiſſimis viribus*. Bert. τὸ *viri* delet.

v.38. *Caperetur*] Flor. *caperet*.

Ex anhelitu] Plaut. Aſinaria, Scena, *vbi ego*, &c.

Placidè ergo unumquodq; derogata, vt acquieſcam
Non vides me ex curſura anhelitum etiam ducere.

Ouid.10. Metamorph. v.643.

Aridus à laſſo veniebat anhelitus ore.

Nonnus lib.30. Dionyſ. v.64.

ἀλλὰ διὰ στομάτων βεβιημένον ἆσθμα τιταίνων.

pag.188. v.1. *Facinoris poſtulabatur*] mox poſt: *Crimine latrocinii in hoſpitem mihi chariſſimum poſtulabar.*

Manifeſtus] Fulu. *manifeſti*, rectè.

v.5. *Animum irretiens*] Flor. *a. inrepens.*

v.19. *Multos numero*] Pal. *m. viros n.*

Altero die] *altera d.* Flor.

v.22.

v.22. *Subibatq́ me*] Flor. *Subiti atq.* Scribe, *ſubit itaq. me.*

v.24. *Cæcam & prorſus exoculatam eſſe fortunam*] Pacuuius apud authorem Rhetor. ad Herenn. *Fortuna cæca & inſana*, Coint. Smyrnæus lib. 7. v. 77.

— — καὶ αἰὲι πολλάκις ἐσθλῷ
ἀμπεχύθη μέγα πῆμα. λυγρῷ δ᾽ ἐπὶ κάππεσεν ὄλβος,
οὔτι ἑκών.

Galenus in exhortat. ad artes eruditè, quem vide fol. 1. & ſeq.

v.29. *Malus boni viri*] τὸ *viri* abeſt à Bertino.

v.30. *Noxiorum more plectatur*] Flor. Rom. & Venet. *N. ore p.* malè.

v.31. *Et extremæ ſortis quadrupedem*] Sic Phædrus lib. 1. fab. 21. aſinum vocat *naturæ dedecus.* & Apuleius lib. 9. Metamorph. *adulteram* mulìebris ſexus dedecus. lib. 4. anum decrepitam *vitæ dedecus.*

v.32. *Cuiusq. caſus etiam cuiuis iniquiſſimo dolendus*] Flor. *c. c. e. quouis i. d.* Ouid 6. Metam.

--- *at nunc miſeranda vel hoſti.*

v.36. *Nominaret*] Palat. *nominauerit.*

v.39. *Silentio conſentire*] Ambroſius ſerm. 49. *Taciturnitas pro conſenſu habetur. Videtur nanq. confirmare quod obiicitur, cum nō vult reſpondere.* Rufinus inuectiua 1. in Hier. fol. 160. *compellor contra votum meum & propoſitum reſpondere, ne fortè reticendo videar crimen agnoſcere.* Greg. Magnus homil. 18 in Euang. fol. 388. *Quiſquis conſpicit, quod contumeliā accipis, & taces, non putat; quia patientiam exhibes, ſed crimen agnoſcis.* Vide Notata ad Arnobii lib. 1.

v.40. *Volui dicere non feci*] Quintilianus lib. 3. c. 6. *Longè fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi, quod obiicitur, negari poteſt.* Ouid. de Amore:

Sit modo, non feci, dicere lingua memor.

v 41. *Semel ac ſæpius*] Bert. *præcedens ſæpius.*

Pag. 189. v. 1. *Ediſſere*] Flor. *diſſerere.*

v. 11. *Mille aureis quos inſuta lacinia*] Flor. *m. a. q. inſutu lacinia.* Pal. *m. a. quos inſutos lacinia* bene.

v. 13. *Communi conferebant arcæ*] Pal. τὸ *arcæ* male omittit. Papinian L. 82. Digeſtorum *pro Socio: Si pecuniæ in communem arcam verſa ſunt.* Inſcript. Gruteri fol. 175. EROGENTVR EX ARCA COLLEGII.

v. 16. *Pacatis itineribus*] Coluius, *pauſatis i.* inepte.

Oppetiiſſe] vulgo, *adoppetiiſſe.*

v. 17. *Inquiſitioni*] alii, *inquiſitionibus.* Scaliger, *conquiſitionibus.*

v. 20. *Nam & inuitos terrore compelli*] Lycurgus in Orat. contra Leocratem. Dio hiſtor. Rom. libr. 41. Ariſtides Orat. de Rhetorica. Stobæus ſerm. 43.

v. 21. *Prouocari poſſe*] τὸ *poſſe* non eſt in Bertino.

v. 23. *Pro ſua parte*] Infra: *pro virili parte.*

v. 24. *Statura procerum*] Sic Palat. alii, *ſtatu p.*

v. 30. *Vniuerſim omnes*] Rom. & Flor. *vniuerſi o.*

v. 35. *Toto vertice cunctos antepollebat*] ἰδιωτισμός.

v. 36. *Centunculis*] Flor. *centuncillis.*

v. 38. *Cruſtata craſſitie*] Pal. *craſtata craſſitudine* Bert. *cruſtata craſſitudine.*

Pag 190. v. 6. *Patre Therone æque latrone*] Rom. & Flor. *p. T. atque l.*

v. 11. *Ducenaria perfunctum*] Vide Lipſium de Militia Rom. & Coluii notas.

v. 15. *Probe ſpectatus*] lib. 4. *ſpectata virtutis ſuæ fiducia.*

v. 12. *Prætereuntem coram fueram aggreſſus*] Hanc lectionem fabricauit nobis Beroaldi acumen. In Flor. & Rom. legitur, *prætereunte me orato ſ. aggreſſus.*

ſus Bert. *Prætereunte inorato f. a.* Vnde Wower. *præt. orato f. a.* Et capit de ciuitate Macedoniæ. Bene.

v.16. *Plotina quadam*] Dele τὸ *quadam* ex Palatino.

v.20. *Infortunij ſocia*] Ita Theagena Agathoclis vxor apud Iuſtinum lib. 23. dicit, ſe nubendo non proſperæ tantum, ſed omnis fortunæ cum viro iniiſſe ſocietatem.

v.21. *Reformato*] Bert. *deformato.*

v.26. *Itineris*] Bert. *itinerum.*

v.27. *Zacynthum*] Flor. *Iacynthum.* male. Vide Pauſaniam lib. 4. p. 260. & lib. 8. p. 491.

v.29. *Graſſabamur*] Flor. & Bert. *graſſabamus.*

v.31. *Incubabat*] Flor. *incubabant.*

v.30. *Tabernulam*] Bert. *cauernulam.*

v.37. *Qui ſibi quiſq; metuens*] Bert. *quam ſ. q m.* Scaliger *quum ſ. q. m.* recte.

Pag 191. v.5. *E mediis Orci faucibus*] Flor. *mediis o. f.* Infra: *mediis Orci faucibus extractus.*

v.6. *In ſinus flaccidos*] Flor. *i. ſ. flaccidos* Aldus, *ſ. f. alium dante.* male.

v.7. *Calceis fœmineis albis*] vulgo, *c. fœmininis a.*

v.8. *Inſertus*] Flor. Fulv. codex Aldus & Rom. *incertus* quod interpretantur alii ἄδηλος.

v.10. *Tranſabij*] Flor. *tranſiui.*

Nam mulierem putantes] vulgo, *vnam m. p.*

v.11. *Abitus*] Flor. & Bert. *aditus.*

v.17. *En inquam iſtam Sportulam veſtro collegio*] Ex more antiquo, vbi ob introitum ſolebant elargiri collegio Curiæ aut corpori. Vide L. VII. Cod. procurat ſ. ſcrin. & L. III. Digeſt. de Legat. Plin. libr. 10. Epiſt. 40.

v.20. *Lapideam iſtam domum facturus auream*]

Sic Auguſtus apud Suetonium cap.29 gloriatur, ſe vrbem, quam lateritiam acceperat, marmoream relinquere.

v.29. *Contorta & vituperanti nare*] Neq; hic prurientem manum continere quiuit Godtſchalcus, quin malè, & contra mentem authoris ſcriberet, *cotorta, & intuberanti nare*. Li 7. *Nare detorta magiſtrum ſuum variè cauillantur*. Hieron. in Pſal. 2. *Subſannatio proprie rugata fronte, & contracto naſo exprimitur*. Tertull. aduerſus Marcionem lib 2. c. 19. *Naſo aliquem agere.*

v.30. *Non ſum, inquit, tam brutus*] vulgo, *n. ſ. quid. t. b.*

v.35. *Latrones nihil anteferre lucro ſuo debere*] Flo. *l. n. conferre l. ſ. d.* Cicero pro Roſcio Amerino. *Sic vita hominum eſt, vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe & emolumento accedere.* Vide illum lib. 2. Offic. & Saluianum aduerſus auaritiam lib. 2.

v.37. *Sape ſibi & aliis*] τὸ *ſibi* male abeſt à vulgatis.

Pag.192. v.4. *In fornicem proceſſuram*] Particulam *in* non habet Romanus codex, & Bert. Manuſcript. fuluii liber: *fornicem perpeſſuram* legit.

v.5. *Diſcurſuram*] Flor. & Rom. *diſcurram*, male.

v.7. *Noſtrorum*] Flor. *veſtrorum*.

v.11. *Libentes*] vulgo, *libenter*.

v.13. *Vinculis exſoluunt*] vulgo, *à vinculis e.*

v. 15. *Riſu latiſſimo geſtire*] Beroald. & Colv. *r. latiſſimo g.* quos hic non audio.

v.21. *Venditùri & ſocios indagaturi*] Ber. *venditari, & ſoccos indagari*, male.

v.25. *Epulas ſaliares*] Sic lego cum Palat. & Flo. In vulgatis eſt, *e. & alias res*. Vide Symmachum libr. 1. Epiſt. 17. Auſon. Epiſt 13. Feſtum in Salios.

v.27.

v. 27. *Aram ceſpite virenti*] Aldus, *arcam c. u.* male. Ouidius lib. 5. Triſt. Eleg. 5.

Araque graminea viridis de ceſpite fiat.

Et Metam. lib. 15. fab. 2. v. 9.

— viridique è ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras.

Vide Seruium ad illum virgilii verſum lib. 12. Æneì. *Diis communibus aras Gramineas.*

v. 29. *Vnum prælectum*] Bert. *unde prælectum.*

Grandem hircum Marti] Pompon. Attellana apud Agellium lib. 16. cap. 6.

Mars tibi voueo facturus bidente ariete.

v. 32. *Expeditionem*] Flor. & Pal. *expoſitionum.*

v. 34. *Facilitate*] Ita Bertin. & Flor. Roman. & Aldus, *facunditate.*

v. 35. *Tuceta concinnat*] Rom. *Tucceta c.* Aldus, *Tucetat, c.*

Apponit ſitule] Sic Manuſcripti omnes, quos vidi Rom & Aldus, *a ſatule.* Coluius cum Beroaldo & Gulielmio, *a. ſatulle.* Scaliger, *a. ſatullat.*

v. 37. *Simulatione promendi*] Sic Palat. & Scaliger. In Florent. eſt, *inſinuatione p.* in vulgatis, *inſimulatione p.*

Pag 193. v. 2. *Quem tibi parentes junxerunt*] Aldus, *Q. t. p. vinxerant* male.

v. 4. *Inter lanceas*] Bert. *i. latrones.*

v. 5. *Si quo modo*] Coluius, *quoquo modo.*

v. 6. *Recurras*] Bert. *recurres.*

v. 12. *Paulo iam clarius contempta mea præſentia*] Florent. *p. i. carius contemptam eam præſentia quæſiere mortui.* Ber. & Rom. *p. carius c. m. p quieuere mortui bono.* Quæ Aldina editio recte inducit.

v. 15. *Inſtantia*] Flor. & Rom. *inſtanti*, male.

v.17. *Et Hercules ſuſpicionem mihi facit*] Variat Lucianus, quem inſpice, ſi otium eſt, pag.248.

v.19. *Cuncti denique ſed prorſus omnes*] ἰδιωτισμός.

v.20. *Partim parati morti*] à Florent. τὸ *partim* abeſt, alii, *paſſim p. m.* legunt.

v.23. *Quam ſimus*] Flor. *Q. primum.*

v.36. *Totis ergo prolatis*]Bert. *totisq; perlatis*. male.

v.37. *Erutisq; rebus*] Sic Guilelmus. Flo. Rom. & Aldus, alii, *eruditisq;* rebus. Vide Scoppium.

v.39. *In proximas rupinas*] vulgo, *i. p. ripas.*

Alios vero ſuis] Bert. *aliosq; ſ.*

Pag.194.v.3. *Prolixe quam curabat*]Flor. *p. curutabat*, Palat. *p. quiritabat*. Aldus, *p. queritabat.*

v.4. *Fœnumque*]Flor. *feminumque* male.

Camelo Bactrino]Flor.& Rom *bactrina*. Bert. *C. Bactrino.* Vide Herod. libr. 3. Cœlium. Rhodig. lib.7. antiq. lect. cap 18.

v.14. *Hordeo ſecto*] Flor. *h. lecto.*

v.19. *Equiſione*]Flor. *equiſone.*

v.21. *Cæteris oneribus*] à vulgatis τὸ *oneribus* male abeſt. Bertin. legit, *c. que omnibus iam.*

v.22. *Herbentibus*]Bert. & Flor. *herbantibus.*

v.23. *Frequens cogitatio*] Flor. & Palat. & Rom. *ſequens c.*

v.24. *Aſino modo tributis*] vulgo, *a. meo t.*

v.25. *Multo tanto pluribus*] De hoc genere locutionis multa collegit eruditiſſimus Guilelmius in tom.2. Operum Ciceronis, quæ ex Schedis eius manuſcriptis propediem vulgabimus.

v.29. *Subiugum*] vulgo, *ſubiugem.*

v.37. *Incretos*] Aldus & Venet. *inertes.*

v.36. *Laborioſa machina attento*] Fulu. *l. m. attrito.*

P.195. v.1. *Mandati dominici ſerius auſcultator*] Fl.

Palat.

Palat.& Bert.*mandatis dominicus ſerus a.*

v.2.*Permiſit*]Bert.*permiſcuit*,Quod probo.

v.5.*Ob admiſſuram veterem paſti ſatianter*] Wower & Scoppius,*ob a.Veneream paſſim ſatiat*.

v.8.*Adulterio degeneri*]Rom.*a.degemen.*

v.9.*Perſequuntur*]Bert.*proſequuntur.*

v.13.*Remiſſi auribus*] Flor.Palat.Roman.Ald.& Bert.*remulſis a.*lib 3.*Deiectis auribus iam furentes, infeſtis calcibus inſequuntur.*

v. 15. *Hiſtoriam de rege Thracio legeram*] Innuit Diomedis tyrannidem, qui hoſpites aduenas benigne domi ſuæ receptos,vino ſomnoque ſepeliebat, occiſoſque deinde equis ſuis in paſtum *offerebat.* Hyginus fab.3 . Albricus de Deorum imaginib.Ouid in Ibin v.381. & alii.

v.24.*Omnimodis*]Sic Guilelmius vereſimil.lib.3. c.13.Flor &Palat.*omnibus modis.*

v. 26. *Incurſando conterebam*] Sic Aldus & Palat. Flor.i *contribam.* Bert.*inceſſando conterebam.* Vulgo, *i.conturbabam* Rom.i.i.*conturbam*,male.

v.27.*Perſape*] Flor.& Ro.*perclive.* Bert.*procline.*

Dedolabar]Bert.*dedolabo*.

v.28.*Medullaris*]Bert.*medullitus.*

v.30.*Vlceris*] Bert.*vulneris*,quod magis placet.

v.33.*Sarcina molem*]Fuluius,*faſcium m.*

v.38.*Iniquitati*] Pal. & Bert.*inaquitati.* Flor.*iniquitate.*

v.41.*Defluebat*]Bert.*diffluebat.*

Pedibus]Flor.*peronibus.*Recte.

Pag.196.v.2.*Et illud tanta*] Bert.*e.illet.*

v.3.*Oneris impatientia*] Ald.*o.imprudentia*, male.

v.5.*Certa parte tanti ponderis*] Flor. *certe tanti oneris partem.*Bene.

v.8. *Compilabat*] Fuluius & Lipſius *concipilabat* male. libr. 9. *me membratim compilaſſet*. Vide Indicem.

v.9. *Cædens fuſte*] Flor. *cidit fuſti.*

Fuſte grandiſſimo] vulgo, *f. grauiſſimo.*

Me ipſa plaga] τὸ *ipſa* adjeci ex Manuſcriptis.

v.10. *Talem etiam*] vulgo, *& aliam etiam.*

v.11. *Punctu venenato*] Bertin. *p. venenoſo.*

Viroſas] Aldus, *viroſas* Vide Indicem.

Tortili modo in faſcem] Male Aldus, *t. n. in falcem.*

v.13. *Inceſſu meo*] vulgo, *inc. modo.*

v.15. *Proripueram*] Flor. *Proriperem.*

v.20. *Furans etjam*] alii, *i. &.*

v.23. *Calces in eum*] Sic Flor. Manuſcripti.

v.27. *Fomento tenui*] vulgo, *f. tenus.*

v.31. *Moram non ſuſtinens*] Flor. *moras n. ſuſtinet.*

v.38. *Hic quoque*] Flor. *hoc quoque.*

v.41. *Arceſſiſſe*] Flor. *acceſſiſſe.*

Pag. 197 v. 2. *Ignigenum*] Fl. *igninum iſtum.*

Longe pe[illegible]ibus me dolis] Aldus *l. pri. m. d.* male.

v.8. *Cæteris flagi[illegible]*] Flor. *cætera flagitia.*

v.10. *Virgo nubilis*] Vulgati, *viro nubilis.*

v.14. *Auerſa Venere*] vulgo, *auerſam Venerem*, peſſimè.

v.21. *Incoram omnium*] Sic Ma[illegible]uſcripti & Rom. cod. v. Aldus *in corona o.* Bert. *in coro[illegible] o.* Modius in *ore o.* ineptiſſime. Vide Indicem.

Ploratu quaſtuque] vulgo, *p. geſtuque.*

v.24. *Compamita*] Aldus *companida*, minus [illegible]e. Vide Indicem.

v.32. *Et heus tu puer*] Roman. *& Hemus tu puer ait.*

v.33.

v. 33. *Carnem omnem*] Dele τὸ *omnem* ex Palat.

v. 34. *Corium offirmatum*] Aldus *c. offernatum.* Flor. & Rom. *c. affirmatum*, quod Scoppio placet.

v. 35. *Inſperſu*] Flor. *inſperſum.*

Pag. 198. v. 2. *Ex ſectis genitalibus non poſſit in Venerem ſurgere*] Animalia quibus natura adempta, languidioris plerunque fiunt petulantiæ. Porphyrius de *Abſtinent. ab Animalib.* lib. 2. fol. 40. ἐυνουχιζόμενα μαλακίζεται. οἱ μὲν τι ἀλεκτρύονες οὐδὲ ἄδουσιν ἔτι ἀλλὰ τὴν φωνὴν ἐπὶ τὸ θῆλυ μεταβάλλουσιν ὥσπερ ἄνθρωποι. Quod de Gallis dicit Porphyrius, id non omnino verum. Nam ego ſæpius vidi capum, qui non ſolum vt Gallus, cui teſtes integri, cantabat, ſed; gallinam quoque inſcendebat & adulterabat. Vide notas ad Arnobium.

Pag. 197. v. 41. *Luxuriam*] Flor. *luxuriem.*

Pag. 198. v. 6. *Nimio libidinis calore laborantes*] τὸ *calore* non eſt in Florent.

v. 8. *Ferendo*] Flor. *ferundo.*

v. 9. *Cæteri miniſterij*] Flor. *cætero miniſterio.*

v. 10. *Volentibus*] Manuſcripti *nolentibus*, recte.

v. 11. *Obire ſtatui*] Flor. *obiſſe ſt.*

v. 13. *Diſſectis femoribus*] Flor. & Rom. *diſſitis f.*

v. 15. *Extractus*] alii, *retractus.*

Extremæ pœnæ reſeruatus mœrebam] in Floren. eſt, *Extrema vita deſpiciens m.*

v. 18. *Quidem*] Flor. *equidem.*

v. 29. *Fugæ committo*] vulgo, *fuga concitato.*

v. 34. *Obuerberans*] Rom. editio, *obumbrans.*

Per obliquam grauemque] Veram lectionem repone ex Romano & Florentinis membranis, *o. p. ignaramque viam.*

v.38.*Conſuetus ex fortuna*] Flor. τὸ *fortuna* ignorat. in Rom. Aldo & Bert. legitur, *c.e.forma.*

Pag.199.v.2.*Cognito*] lege, *cognitum.*

v.6.*Eiuſdem agaſonem*] Flor. *equidem a.*

v.4.*Raptatis violenter*] τὸ *violenter* delet Bert.

An te nos] Rom. *ain te nos.*

v.5.*Inciuiliter*] Bert. *incongrue.*

v.9.*Plane concitatum*] in Flor. eſt, *continatum*, in vulgatis, *concinnatum.*

v.12.*Vocem quiret humanam dare*] alii, *voce q. humana fari.*

v.14. *Huius omnis injuriæ*] τὸ *huius* ignorat Manuſcriptus Bertin.

v.35. *Miniſterium deerit iſtorum*] τὸ *iſtorum* adieci ex Florent.

Hoc ſic effectum] τὸ *hoc* non eſt in Bert. & Flor.

v.38.*Tantillum*] Bert. *tantulum.*

v.40.*Fleta & lachrymoſa*] ἀρχαϊσμός.

v.41. *Ambabus manibus trahens cineroſam canitiem*] Mos antiquus, in luctu crines cinere fædare. Catullus:

Canitiem terra atque infuſo puluere fœdans.

Ouid. lib. 8. Metamorph. fab. 9.

Plangunt ora ſimul matres Calydonides eheu.
Puluere canitiem genitor, vultusque ſeniles
Fœdat humi fuſos.

Et ſæpe in Bibliis hæc occurrunt.

Pag.200.v.11.*Sumeres*] alii, *ſumens.*

v.12.*Culpa vacare*] vulgo, *c.carere.*

v.13.*Arcere morſibus*] Guilelmius, *a.mordicibus.*

v.17.*Deiectoq;*] Rom. Bert. & Ald. *derelictoque.*

v.18.*Solus aufugeres*] Flor. *ſolum a.*

v.20.*Quod contra bonos mores*] Formula ICtis vſitatiſ-

tatiſſima, vt Beroaldus obſeruat. *Sic contra legem facit*, qui facit, quod lex prohibet. Briſſonius de Verb. ſignificat. lib. 3.

v. 22. *Efficiam miſero dolori*] Pal. *e.* & *m. d.*

v. 24. *Sigillatim alligans*] Flor. *ſingulatim illigans.* Bert. *ſ. illigatis.*

v. 26. *Offirmari*] Bert. & Rom. *affirmari.*

v. 28. *Manibus degrauatis*] Sic Paſſerat. ad Propertium lib. 3. f. 148. in Manuſcriptis & vulgatis eſt, *m. degrauatus*, male.

v. 31. *Obtrudit*] Bert. *contrudit.*

Niſus] alii, *enixus.*

v. 32. *Niſus liquido fimo ſtrictim egeſta*] Bert. *nuiſus liquidiſſimo ſtercoris ſtrictim egeſto.* Scoppius *l. ſtercori ſtrictim egeſto.*

v. 34. *Althea Meleager.* Vide Hyginum fab. 171. & 174. Ouidium Metamorph. 8. v. 446.

EMENDATIONES AD LIBRVM VIII. METAMORPHOSEΩN.

Pag. 201. v. 7. *Quidam Iuuenis proxima ciuitate*] Bert. *q. i. ex p. villula.* recte.

v. 8. *de famulis*] vulgo, *ex famulis.*

v. 10. *Eius exitio*] Aldus, *e. exilio.*

v. 12. *Equiſones*] Ita Manuſcripti & Rom. codex, vulgo, *equiſitiones.* Inſcr. Gruteri fol. 561. inſcrip. 8. *Equiſo Alexandri. Aug.* Vide Indicem.

v. 13. *Et bubſequæ*] Fl. *etiam bubſequa.*

Fuit c. nobis quam miſella] Gruterus ſic diſtinguit, *fuit c. n. quoniam m.*

v. 15. *A capite*] Ariſtoph. Pluto Act. 3. Sce. 5.

—— τὰ πράγματα

ὀκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ.

v.16. *Quibus ſtilum fortuna*] alii, *q. ſtilos f. Scoppius, Quæ poſſet merito doctior & quibus ſ. f.*

v.17. *In hiſtoria ſpecimen*] Sic Bert. & Flor.

v.19. *Equo clarius*] Flor. & Rom. *eoque c.* alii, *loco c.* male. Vide Coluium.

Et pecunia ſimul ſatis] Flor. *pecunia ſimul fuit ſatis.*

v.26. *Is genere viris*] Rom. & Flor. *id genus viris.*

v.27. *Parentes*] Flor. & Ald. *parentum.*

Iudicio morum] Manuſcripti, *iudicium m.* Aldus & Roman. *parentum inuitaret iudicium, morum tamen improbatum.*

v.32. *Tempeſtiuam*] Flor. & Fuluii liber, *tempeſtillam occaſionem.*

v.36. *Salutique præſentia*] Lipſius, *ſ. præſenti ac futuræ,* alii, *ſalutarique p.*

v.38. *Occultato conſilio*] Aldus, *occulato c.*

v.39. *Amici fideliſſimi perſonam*] Aldus, *a. fideliſſimam p.*

v.41. *Etiam cœna*] Bert. *eorum cœna.*

Pag. 202. v.1. *In profundam ruinam Cupidinis*] Ita Scaliger contra Titium lib. 9. cap. 19. Lipſii & Fuluii Manuſcriptus, Rom. Flor. & Pal. habent, *in profundam Romam c.* Aldus & Baſil. *in p. foueam c.* Lipſius, *in p. ærumnam c.* Beroaldus, *i. p. rotam c.*

v.3. *Fomento conſuetudinis exæſtuans*] Flor. *Fomenti c. æſtuans.* Saluianus de Gubernatione Dei libr. 1. *Non turpibus flammis medullæ æſtuent.*

v.4. *Immodicis ardoribus*] Rom. & Ald. *Immodici ardores.*

Adurat homines] Bert. *cendurat ho.* male.

v.5. *Quo vel clandeſtinus*] vulgo, *cum nec c.*

v.6. *Opportunum*]Palat.*opportune*.

v.13. *Arduum factu*]Flo.Ro & Aldus,*ar.factum.*

v.15. *Prorupit*]Flor.Ald.& Rom.*Proruperint.*

v 18. *Beſtias armatas dente*]Flor.*b.armentas d.*male: Vide Notas ad Minutium.

v.19. *Tumulum ramorumque*] Rom. Ald. & Venet.*t.ramoſumque.*

v.20. *Umbroſum*]Flor.& Venet.*umbroſo.*

v.17. *In capreis ſeritatis eſt*] Inſulſe Rom codex: *i.campis veritatis eſt.*

v.21. *Obſeptis campis*]Palat. & Flor.*o.capreis.*

Indagini generoſe] Flor. & Pal.*indaginis g.*

v.22. *Inuadere*]Flor. & Bert.*inuaderent.*

v.25. *Latratibus feruidis*]Rom. & Ald.*l.facundis.* Bert.*l.ſecundis.*Flor. *L.ferundis.*

v.26. *Nec ulla capra*]Bert.*n.u.caprea.*

v.27. *Aper immanis*]Confer Oppianum de Venatione li.3. v.364. & Heſiodum de Scuto Herculis.Ouid.lib.8.Metamorph fab.8.

Inuiſitatus]Palat. *inuitatus*, alii, *inuſitatus.*

v.29. *Dentium attritu ſonaci ſpumeus*] Sic lego cum Palat.Roman. & Flor. vulgo, *dentibus a.ſ.ſpumans.*Ouidius.

Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis,
Fulmen ab arce venit.

v.36. *Immuniti*]Palat.*imminuti*.Flor.*attoniti.*

v.40. *In modum pauoris fæminei*]Medea apud Euripidem v. 263.

γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα,
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.

P.203.v.1. *Quin ocyus indipiſcimur*]Pal.*q.eum o.i.*

v.5. *Incendio feritatis ardeſcens*]Bert.*i.ferocidatis a.*

v.6. *Dentium compulſu*]vulgo, *dente comploſo.*

v.9.*Parcens*] Flor.*pepercit*.

ver.11 *Reſidens*] Sic Bertinus. alii,*recidens*,non a-
què benè.

Inuitus Dominum] τὸ *inuitus* non eſt in palatino.

v.12.*Nec diu ſed eum aper furens inuadit iacentem
ac primo*] Ita Flor.& Rom.Bert. *N.d.ſcilicet eum a.
i.j* vulgo,*at ecce furens aper inuadens primo*.

v.14.*Laniauit*] Flor.*laniatum*.malè.

v.16.*Sed percito*] Rom *ſed parcito*.

v.17.*Plagoſa crura*] Ita Bert. Fl.& Fuluius, vulgò
p vulnera.

v.18.*Immiſit*] Bert.*dimiſit*.Flor.*dimiſſa*.

v.20.*Ipſam quoq;*] τὸ *quoq;* non eſt vulgatis.

Profectu dentium] Bert.*profectu d*.

v.21.*Definito iuuene*] Lectionem Romani & Ful-
uiani codicis prætuli vulgatis & Mſſtis aliis, in qui-
bus erat *defuncto'j*.Vide Indicem.

v.23.*Perfecto voto*] Bert.*peracto v*.

v.24.*Vultu gaudium tegit*] Plinius Panegyrico: *A-
liud ſolicitudinis,aliud ſecuritatis ingenium eſt,alia tri-
ſtium intentio, alia gaudentium, neutrum ſimulatione
expreſſerint*.

v.25.*Et dolorem ſimulat*] vulgò,*d.ſimulans*.

Circumplexus] vulgo,*amplexatus*.

v.26.*Solerter affinxit*] Hæc malè immutauit Col-
uius & Vulcanius,cum etiam in optimis Mſſ.ita ha-
beatur,ſicuti nos ea produximus.

v.27.*Sic ad noſtri ſimilitudinem, qui verè lamenta-
bamur conformatus*] Flor.*ſ.a.noſtram amaritudinem
q.u.l.confirmatus*.

v 29.*Mentiens beſtia dabat*] τὸ *mentiens* delet Fl.
& Bert.

v.30.*Fama dilabitur*] Non diſplicet lectio Bertini
codicis,

codicis, *fama dilatatur*. Stat. lib. 9. Thebaid. p. 306.

Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas ſolito pernicior index,
Cum lugenda refert.—

Ioſephus de bello Iudaico lib. 3. cap. 15. *Nec nuncius aliquis ſuperfuerat, ſed ipſa per ſe fama excidium prædicabat.*

v. 32. *Audiet alium*] Flor. *a. aliud.*

v. 36. *Obuij*] Flor. *obij* malè.

Omnes] non eſt in Bert. & Flor.

Ciuitas] Flor. *c. cuncta.*

v. 38. *Labantique Spiritu*] Flor. *labentiq; S.*

Pleniſſime] Rom. & Aldus, *pleniſſimè.*

v. 39. *Reddidit*] Bert. & Rom. *reddidiſſet.*

v. 40. *Erepta*] Pal. *erecta*. Benè.

Inuita remanſit in vita] Palat. Rom. & Ald. primam vocem inducunt.

P. 204. v. 1. *Nimium clamare*] Bert. *n. clamore.* Flor. & Fuluii liber, *nimium nimius clamare*, vnde rectè Coluius legendum putat, *nimium nimiumque clamare*, ut apud Virgil.

iterumque iterumque vocabo.

v. 12. *Inferialibus*] Rom. *inferalibus.*

v. 6. *A pulſandis vberibus*] Aldus *à p. verberibus*, ineptè. In luctu pectora pugnis pulſabant. Quintilianus Declam. 10. p. 61. *Mulier, quæ ſanguinantes ad iudices porrigit lacertos, quæ ſciſſo laniatoque vultu, quæ liuidis profertur vberibus, magno dolore cogitur, vt hoc potius agat, quam cineres oſculetur, complectatur vrnam.* Noſter libro quarto: *Pectus palmulis infeſtis tundere.* Lib. 5. *Quid pectora, quid vbera ſancta tunditis?* Lib. 7. *Tunſiſque ac diuerberatis vehementer vberibus.*

v. 12. *Statim factis*] Lege cum Flor. *ſ. exactis*, vel Bert. *ſ. expletis*.

v. 15. *Inedia denique miſera*] Sic Flor. & Rom. vulgo, *inediæ d. miſeræ*.

v. 23. *Obiens vt iubebatur*] alii, *obediens vt videbatur*.

v. 25. *Penitus in medullis*] Coluius, *penitis i. m.*

v. 27. *Formauerat*] Flor. *forauerat*, male.

v. 29. *Traſyllus vero præceps & temerarius*] in Flo. & Bert. legitur, *T. v. p. alioquin qui & de ipſo nomine*: Quod gloſſam olet.

v. 31. *Laſſeſceret*] Ita Pal. Roman. Flo. Beroald. & Aldus. Lipſius, *flacceſſeret*, Aldus, *laceſſeret*. Coluius & Stewechius, *faceſſeret* legunt.

v. 34. *Impudentiæ labem*] Palat. Coluius & Flor. *imprudentiæ l.* Lib. 2. *ſenſit impudentiæ ſuæ labem*.

v. 39. *Ferinos mugitus reuerans*] vulgo, *f. rugitus iterans*.

Pag. 205. v. 5. *Quouis alio*] Ber. *quoiuis alio*, legendum *cuiuis a.* vt Stewechius monet.

v. 12. *Mœſta quieuerat*] Bert. *m. conniuerat*.

v. 1. *Sanie cruentam faciem*] alii, *ſane cruentam faciem*.

v. 4. *Acerbæ mortis meæ caſus fœdus intercidit*] Coluius: *a. m. caſu charitatis interibit*, inepte.

v. 9. *Tuæ lachrymæ*] Flor. *hæ lachrimæ*.

v. 14. *Decoras genas conhumidat*] Sic Aldus & Baſ. *d. g. cohumitat*. Rom. Flor. Bert. *genas contundit*. vnde alii, *confundit*.

v. 15 *Quietem*] Flor. *quieti*.

Prolixum ejulat] Roman. *p. heiulat*. Flor. *p. heu heu ejulat*, Bene.

v. 7. *Conuerberat*] vulgo, *verberabat*.

Partici-

Participatis nocturnis imaginibus] Palat. *participat nocturnarum imaginum ſecreta.*

v.19. *Ærumnabili*] Bert *ærumnali*, male.

v.20. *Tacita decernit*] Vulgo. *tacite d.*

Improuidæ] Flor. *impetoruidæ.*

v.28. *Luctu legitimo*] Flor. *luctui l.*

v.33 *Exitium*] Flor. *exitum.*

v.35. *Linguæ ſaucientis ſuſurros improbos inurguere*] Sic Flor. Palat. & Rom. Codd. Niſi quod in Flor. pro *ſaucientis ſatiati* eſt Lipſius legit. *l. ſ. ſ. i. inuergit.* Vulgariæ edit. *lingua l. ſ. ſ. i. ingerere.* Oroſius contra accuſatores Chriſtianorum li.1. proloquio, *Voluntarie ad id ꝙ præparantur, vrgueri.* Sic in tribus Manuſcriptis locus conceptus eſt. Vetus inſcriptio apud Puteanum Cent.1. Epiſt 34. VRGVENTE FATO SANVM IPSE NECAVIT SE.

v.39. *Nec quiſquam perſentiſcat familiarium*] Aldus *nec q. præſentiſcat f.*

v.40. *Dies reliquos metiatur annus*] Flor. *Quod dies reliquus m. annum.* loquitur de decem menſibus legitimo ſcilicet luctus tempore, intra quos ſi qua mulier feſtinabat nubere, probroſis inuſta notis, nobilis perſonæ & iure & decore priuabatur. L. 2. Si qua, Codi. de *ſecundis nuptijs.* Sic in Indiæ vrbe Cranganor, quam Malabarem vocant, viduæ, quæ poſt virorum obitum nubũt ante annum, dote priuantur, Iohan. Boterus in Ep. Theol. p. 131. In Americæ vero proui. Florida fœminæ defunctis viris, capillos ſub auribus præſecant, illoſque per ſepulchra ſpargunt, nec licitum illis ſecundo matrimonium contrahere, antequam capilli illis renaſcantur tam longi, vt humeros tegere poſſint. Iacobus de Meyne in Narratione de Florida.

Pag.206.v.1.*Opertas tenebras*] Bert.*operatas t.* ma lè. Nox accommoda fraudi, rebusq; turpibus. Vic Notas ad Minutium f.15.

v.5.*Tacitus*] Non eſt in Flor.

Vnoque Sibilo contentus] Lib. 9.*Ianuam pulſ Sibilo etiam præſentiam ſuam denunciante.*

v.9.*Segnius aliquid*] Pal.*ſ.aliud.*

v.10.*Exſpectatione turbidus*] Aldus, *ex pactione* malè.

v.12.*Captioſa vigilia*] Stewech.*captioſæ v.*

v.15.*Immixtum vino*] Bert.*commixtum v.*

v 16.*Mentita dominæ tarditatem*] Flor. *m.d.tar ditate.*

v.18.*Iamque eo ad omnes*] τὸ *eo* abeſt à Bertino.

v.20.*Superſiſtit*] Pal. & Rom.*ſuperſtitit.*

v.21.*Carus maritus*] Palat.*trux m.*alii, *charus ma riti.*

v.24. *Quodammodo* Palat. & Bertin. *quoque mo do.*

v.26. *Quieſce ſecure, beatè ſomnia*] vulgò, *q.ſecu rus, b.ſomniare.*

v.27.*Abſit vt velim*] Bert.& Rom. rectè τὸ *velim* delent.

v.28.*Vino tibi*] alii, *vino t.* malè.

v.31.*Nuptiaſque non frueris*] Sic Pal.& Flor. vul gati, *nuptijs n.f.*

v.36.*Cruore litabo*] Flor.& Rom.*c.libabo.*

v.40.*Ad aliam*]Pal.*a.aliquam.*

Pag 207.v.2.*Illum narunt*] Bert.*illuminare.*

v.3.*Pronubas*] Pal.& Coluius.*pramias.*

Perpetua tua] *Tuæ* non eſt in Flor.

v.4.*Acu crinal*] Hieron. in Eſaiam lib 2. c 3. fol 15.*Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compa*

compago retinetur, ne latius fluant, & in ſparſos diſſipentur capillos. Et contra Ruffinum: *linguam veridicam diſcriminali acu confodiebant.*

v.6. *Crapulam cum ſomno diſcutit*] Sic Mſti. vulgo, *Crapula cum ſ.d.*

v.8. *Incingere*] vulgati, *accingere*, malè. Supra lib. 7. *Zonis incincta.*

v.9. *Recta monumentum*] Sic Flor. & Fuluius. vulgò, *circa m.*

v.10. *Viduatis*] Rom. *nudatis.*

v.12. *Capulum Tlepolemi*] Ald. Ro. & Ven. malè hic inculcant vocem *capit*, quam induxi, authoritatn Mſſtorum Codd. fretus.

v.13. *Propter aſſiſtens*] vulgò, *prope a.*

v.16. *Vindicaui mei mariti*] Flor. *v. in m. m.* Benè.

v.19. *Et enarratis ordine ſingulis*] Alii, *& e. per ordinem ſ.* Bert. *& iam enunciatis o. ſ.*

v.21. *Tranſadacto*] Bert. Rom. & Ald. *tranſacto.*

v.22. *Peruoluta*] Flor. *peruolutata.* Bert. *prouoluta.*

v.23. *Perefflauit*] Pal. Ald. & Flor. *perflauit.* Rom. *perefflauere.*

v.24. *Corpus ablutum*] Ex more antiquo, quo mortuos lauabant. Lib. 9. *Eum vltimo lauacro procurant.* Socrates apud Platonem in Phædone f. 115. ἐμὲ δὲ νῦν ἤδη καλεῖ. φαίη ἂν ἀνὴρ τραγικός. ἡ εἱμαρμένη καὶ σχεδόν τί μοι ὥρα τραπέσθαι πρὸς τὸ λουτρόν. δοκεῖ γὰρ ἤδη βέλτιον εἶναι λουσάμενον πιεῖν τὸ φάρμακον, καὶ μὴ πράγματα ταῖς γυναιξὶ παρέχειν νεκρὸν λούειν. Act. Apoſt. c. 9. v. 37. ἐγίνετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν Ταβιθὰ, λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ. Sic apud Galenum de Methodo medendi lib. 13. c. 15. Theagenem iam mortuum, cui nec ſeruus, nec mulier, nec puer erat, Cynici lauant.

Vnita ſepultura] Ita rectè Lipſius. in Fl. Ro. Aldo eſt, *munita ſ.* in aliis, *uncta ſ.*

v.25. *Reddidere*] vulgò, *dedere.*

Vno ſepulchro ſepelire] Coniuges vno ſepulchro ſepeliebantur. Burchardus Decretorum libr. 3. c.162. *Unaquæque mulier ſequatur virum ſuum, ſiue in vita, ſiue in morte, quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum.* Ouid. Metamor. libr. 4. fab. 2.

—quos certus amor, quos hora nouiſſima iunxit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.

Sic Monica ſerio mandat filiis ſuis, vt illâ edita anima in ſepulchro chari mariti collocare velint, ut Auguſt. lib. 9 c.10. confeſſionum notat. Et Chryſoſt. matrem ſepelit in conditorio patris. Grego. Patriarcha Conſtant. in vita Chryſoſtomi.

v.31. *Sic ille longos trahens ſpiritus*] Ita Scaliger, MSS. *hac i. longo t. ſpiritu.* Autor MStus de Vita Verenæ Virginis: *Quotidie flebat amare, & longa ſuſpiria trahebat in pectore.*

v.32. *Affectis ruſticis*] Bert. *affectus r.*

v.33. *Mutati domini*] Lege, *m. dominii.*

ver.37. *Pretioſum conditumq; ſeruabat*] Sic MSSti. à vulgatis malè abeſt τὸ *ſeruabat.*

v.40. *Paſſeres*] vulgati, *anſeres.*

v.41. *Morabatur, noſtris quoq; pedib. ambulabat*] Fl. *morabantur, n. p. ambulabant.*

P.208. v.1. *Vrgebat*] Lego ex Rom. *vrguebat.*

v. 4. *Camporum ad ſpatia*] τὸ *ad* abeſt in Flor.

v. 8. *Sarcinoſos*] vulgò *saginoſos.*

v.15. *Oſſibus cuncta candere*] Ouid. faſtor. 12. v.558.

Squallidaq; humanis oſſibus albet humus.

Virg. 12. Æneid. Valer. Flac. lib. 3 Argon. v.165. Ammianus lib. 31.

v.16. *Summæ via*] Flor. Bert. & Pal. *ſumma v.*

v.17.

Digitized by Google

v.17.*Obſeruitare*] Rom.*ob ſerenitatem*.inſulſe.

v.23.*Spreta ſalubri*] P l.*ſumpta ſ.*

v.25.*Tunc ego non inſcius*] Pal.*t.e.n.ſcius*. Bert. & Flor. *T.e.metu p.p.quantum poteram turba medius.*

v.27.*Aggreſſionibus*] Flor. *aggeſſionibus.*

v.26.*Conferta iumenta*] Bertin.& Rom.*conſerta j.* malè.

v.33.*Dum altum vſq;*] Flor.*d.in a.& vſque.*

v.34.*Ignifera Chimara*] Oppianus Cyneget.li.1.v. 233.Plinius lib.2.c.106.Martian.Capella li.6.Tzetzes Chiliad.7.hiſt.149.

v.37.*Subminiſtrat*] Flor.*ſubminiſtrabat.*

P.209.v.1.*Conſerta*] Flor.*certè conferta.*

v.5. *Quam fortè tunc*] τὸ *tunc* delet Bert.

Villa coloni canes immanes] Columella de re ruſtica li.7.c.12.de Canibus: *Villa cuſtos eligendus eſt ampliſſimi corporis, vaſti latratus, canorique, vt prius auditu maleficum, deinde etiam conſpectu terreat.*

v.9.*Iubilationibus*] alii,*ſibilationibus.*

v.11.*Exaſperati*] Flor.*exaſpernati*,malè.

v.17.*Inſcendere*] Flor.Rom.& Venet.*inſcindere.*

v.20. *Super nos raptim deuoluunt*] Aldus, *ſuperne r.d.*

v.21.*Quam potiſſimum caueremus cladem*] vulgò, *q.p.caderemus clade.*

v.23.*Caput mulieris*] Bert.& Rom.*mulierem.*

v.27.*Abſtergens*] Pal.*abigens.*

v.29. *Obteritis*] Bert.Ald.& Rom.*perterritis atq; obrutis.*

Pradas munitis] alii,*p.initis*. vel,*p.metuitis.*

v.31.*Vt humano ſanguine profuſo*] Aldus,*u.h.ſ.perfuſo*,malè.

P.210.v.1.*Viretis amœnum*] Rom.*virectis a.*

Noſtris refectui] in altero Florent. eſt, ***refectu.*** Vulgati non habent hanc vocem.

v.5. *Aqua rore diluere*] Rom. *a.r. deluere.*

v.6. *Madidatis*] Bert. Pal. & Roaldus ***inacedatis.*** Roman. & Aldus, *macidatis*, Flor. ***inacidatis***, quod Scoppius interpretatur *aceto tinctis.*

v.10. *Profecto clamabant*] Bert. ***proiecte c.***

v.11. *Venui lacte*] Flor. *venu lac.*

v.12. *Inchoatum*] Sic Flor. 2. alii, ***coactum.***

v.14. *Scitis quo loco conſederitis*] Virg.

—*An neſcis quorum conſederis aruis.*

v.16. *Fuga paſtoribus noſtris*] Flor. ***fugam p. & non.***

v.23. *Decrepito ſeni*] alii, *decepto ſeni.*

v.26. *Incantantem*] Flor. vnus, ***caricantem.***

v.34. *Soſpitem*] Bert. *ſoſpitam.*

v.29. *Auum ſibi*] Rom. & Bert. ***auxilium ſ.*** Quod placet.

v.35. *Totos quidem miſeruit*] Bert. & Rom. ***omnes q. miſerentur.***

v.38. *Exurgit alacer*] Bert. & Rom. ***ex. alte a.***

v.39. *Decidiſſet*] Bert. *cecidiſſet.*

v.40. *Pabulo noſtro*] Bert. *p. modo.*

Pag. 211. v.5. *Commoratus*] Pal. ***moratus.***

v.10. *Qui eum*] Palat. τὸ *eum* ignorat. Flor. ***euum habet.***

v.11. *Locorum*] Flor. ***coquorum***, male.

Praminabantur] Beroald. & Venet. ***praminabatur***, legunt. Lipſij liber, *praminabantur*, vnde Coluius, *reminiſcebantur.* ſed nec ſic locus bene ſanus.

v.15. *Vbi compertum facinus*] Flor. Ald. & Rom. ***mihi cœptum f.*** Beroald. ***mihi c.f.*** Coluius, ***n. ſpectum f.*** male.

v.16. *Cupido*] Flor. & Bert. ***cupio***, male.

v.17.

Digitized by Google

v.17. *Commiſerat*] alii, *permiſerat*.
v.18. *In quam*] Flor. *in qua diuerteramus*.
v.19. *Coniugem*] Manuſcripti *conjugam*.
v.20. *Extraneaque*] Flor. *Extrariaque*.
v.21. *Inſtricta*] Aldus, *inſtincta*.
v.23. *Combuſſit*] Bert. *comburit*.
v.26. *In praaltiſſimum puteum*] Flor. *per p.p.*
v.29. *Vxori ſua*] Bert. *luxurie ſua*.
v.30. *Melle perlitum*] alii, *m. illitum*.
Firmiter alligauit] Bert. *f. perligauit*.
v.31. *Carioſo ſtipite*] Bert. *carioſa ſ.*
v.32. *Burriebant*] Hæc eſt Vetus & ſincera lectio: Flor. & Rom. codicis, pro qua nobis licenter ingeſſit Beroaldus *bulliebant*. Vide Indicem.
Vltro citroque commeabant] Bert. *v. citro commeabat*.
v.33. *Multiiuga ſcaturigine*] Fuluius, *multiuag. ſ.*
v.34. *Nidorem*] Vulcanius, *Nitorem*. male
v.35. *Per longi temporis cruciatum*] Flor. *perlongi t. cruciatu*.
v.37. *Adeſis homine*] Bert. *adeſi...e hominis*.
Vt oſſa tamen] Flor. *u. o. t...itum* Bene.
v.41. *Dieque tota*] *Deni...e toto* Coluius legit.
Emenſi vias] Pal... *emerſi u.* male.
Pag. 212. v. 1. *Inib...arem*] *Ibi* habet Flor.
v.4. *Beata cele...ritas*] Pal. *tanta c.*
v.5. *Quo v...dibiliores*] Sic Flor. & Bert. vulgo, *q. uendi ca...res*. Scickeradt. *q. venditariores* inepte.
v.9. *Subſicinum*] Palat. *ſubſicinum*. Ber. *ſubſititium*.
v.10. *Noſtris atatem*] Flor. *meis atatem*.
v.12. *Identidem meas*] hæc delet Florent.
Putidis ſcalpebat digitis] vulgati, *putridis ſ.d.*

v.13. *Peniſſimè contriui*] Fl 2. *pleniſſime congerui*, quod gloſſa interlinearis interpretatur, *ſtrictim momordi*.

v.16. *Inſtruebat iocos*] vulgò, *conſtruebat i.*

v.18. *Colore deformem & in hebeti pigritia*] Flor. & Bert. *dolore d. & inerti p.* benè.

v.20. *Quare*] Flor. *atque ideo*. Bert. *atque adeo vel*.

v.23. *Fugiens*] alii, *aufugiens*.

v.26. *Mire repertum*] Coluius, *è re reptum*.

Cinadum & ſenem caluum quidem] Bert. & Flor. *ſenem Cinadum caluum quidem, ſed cincinnis*.

v.29. *Crotalis*] Flor. *crotulis*.

v.30. *Circumferentes mendicare compellunt*] Tzetzes 13. Chiliad. hiſt 475.

γάλλοις ἀγύρταις ἐς τὸ κοινὸν ἐπεράθη
ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος. ἀλλὰ δυσδαίμων.
ἔστι ᾗ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην
[...]ιιόντες ἔλεγον, τίς γὰρ ἀγροίκων
οὐκ οἶδε. Ἄττιν λευκὸν, ὡς ἐπηρώθη,
τὶς οὐκ ἀπα[...]ὰς ὀσπρείων τε σίτων
ἁγνῷ φέρων δίο[...]ι τυμπάτῳ ῥέης.

Vide quæ dixi ad Min[...] Fel. fol. 39.

v.31. *Cappadocum*] Rom. *Cappadocium*.

v.32. *Forticulum*] Pal. *fortiu[...]ulum*.

v.34. *Quidam*] Flor. *Quidem*, [...]le.

Et numerauit] Pal. *enumerauit*.

v.35. *Sua nouit profeſſione*] Bert. & Flor. *ſuis n. profeſſionibus*.

v.36. *Crimen Corneliæ Legis*] L. 1. ff. Leg. Fa[...] de *Plagiar.*

Pag. 213. v. 1. *Vſus omneis*] vulgò, *vſum omnem*.

v.2. *Sed prorſus vt in aſini corio modeſtum hominem* inha-

in habitare credas] Ita MSS. omnes vulgo. *S. potius in a.c.m.h. habitare c.*

v.3. *Quæ res cognitu non ardua*] Palat. *Q.r.c.n. tarda.*

v.4. *Medis eius feminibus*] Rom. & Pal. *m.e. femoribus.* Coluius, *m.e. fœminis.*

Periclitaberis videns] τὸ *videns* recte delent Fl. Bert. & Venet.

v.6. *Lurconem tractabat*] Flor. vnus, *l. dictabat.*

v.9. *Sabadius*] alii *Sabazius.* Harpocrat. p.115. τὸν αὐτὸν εἶναι σαβάζιον καὶ Διόνυσόν φασιν. Inde Sabi *Bacchi.* Euſtathius in Dionyſium de ſitu orbis 132. & nos ad Arnobium lib.5.

Contra me] non eſt in Palat.

v.13. *Deiciat*] Bert. *eiciat.*

v.16. *Subito*] Pal. *ſubite.*

v.17. *Exaſperatum*] Modius legit, *exaſperatus.*

v.20. *Tomica ſpartea*] Flor.1. *ſtumida ſ.* Aldus, Fl. 2. & Pal. *tumida ſ.* Rom. *tumida ſparta.* malè. Vide Indicem.

v.25. *Mercatus*] Bert. & Flor. 2. *mercato.*

v.26. *Fracta, rauca*] Pal. *fracte r.* Flor. *fractea r.* Vide Indicem.

v.35. *Præſepi me proximo*] Vulgò *p.m. proximum.*

v.36. *Ceraula*] Sic recte Flor. duo in Palat. eſt *comula*, in vulgatis, *choraula*, paulo poſt, *cornu canens* dicit.

Collaticia ſtipe de menſa paratus] Scickeradus rectè obſeruat, puerum de menſa dici, παῖδα τραπεζοποιὸν, id eſt, τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον.

v.37. *Promiſcuis operis*] Magis placet Cod. Pal. lectio, *promiſcui o.*

v.39.*Concubitus*] Bert.*excubitus*. Flor.*concubinus.*

P.214.v.4.*Facie canoſo pigmento delita*] Fl.& Pal. *faciem c.figmento delitam*. Bert.*f. canoſo pigmento delito.*

v.5.*Crocotis*] Pal.*crocrocodis*. Flor. vnus d. *crocrocodis*, malè, vide Indicem.

v.6.*Iniecti*] Bert.*iniectis.*

v.7.*Lanciolarum*] Modius, *laciniarum.*

Purpura depictas] Pal.*Purpuras depictas.*

v.11.*Euantes*] Flor.*ouantes* & *leuantes.*

Lymphaticum tripudium] Vide quæ vir optimus & rerum litterarumque veterum impenſe doctus Iohannes Meurſius de Orcheſtra pag. 25. notat.

Pererratis] vulgò, *percurſatis.*

v.13.*Poſſeſſoris Britini*] Flor. & Col. *p.beati*. Bert. *poſſeſſorio B.*

v.16.*In circulum*] Flor.2.& Pal.*in arculum*. malè. Vlpianus l.1.Digeſt.de ædilit.edicto : *Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactarit*. Quint.li.2. *Caput iactare & comas rotare fanaticum eſt.*

v.17.*Ad poſtremum*] Flor.*ac poſtremum.*

v.18.*Brachia diſſicant*] Lege b.*diſſecant*. Lampridius in Commodo pag.72. *Bellonæ ſeruientes vere exſecare brachium præcepit ſtudio crudelitatis.*

v.20.*Numinis diuino*] Flor.*numini d.*malè.

v.22.*Homines deum præſentia debiles effeci*] Sic impurus ille Mahomet cum morbo caduco laboraret, perſuaſit ſuis aſſeclis, ſe ex præſentia Angeli Gabrielis, cuius maieſtatem ferre non poterat, fieri ægrum, & ceu mortuum collabi : poſt viſionem verò diuinam ad ſeſe iterum redire, nimirum vt ea quæ vidiſſet, & audiuiſſet, in vniuerſi

mundi

mundi utilitatem manifeſtaret. Iohannes Cantacuzenus Orat. 1. in Mahumedem fol. 75.

v. 28. *Arrepto deinde flagro, quod ſemiuiris*] Plutarchus aduerſus Colotem fol. 1127. ἀλλ' οὐκ ἐλεύθερος οὗτος, ὦ μητρίδωρ ἐστὶν, ἀλλ' ἀνελεύθερος καὶ ἀνάγωγος, καὶ οὐδὲ μάστιγος ἐλευθερίας δεόμενος ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς. ἐκείνης ᾗ τοὺς γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσιν.

Proprium geſtamen] In Flor. eſt, *pium g.*

v. 29. *Contortis tæniis lanoſi velleris*] Flor. 2. *c. tenis l. u.* Bertin. *c. centenis lmiſi v.* ineptè.

v. 30. *Teſſellatum*] Flor. Pal & Rom. *teſſeratum.*

v. 36. *Cōcupiſceret aſininum*] Sic Bert. Aldus & Beroaldus. Alii, *conſpiceret aſininum*, malè.

Lactem] Bert. *lactes*, rectè.

pag. 215. v. 5. *Sarcinæ pondere*] τὸ *ſarcinæ* delet Palat.

v. 7. *Deprædabantur*] Flor. *deprecabantur.*

verſ. 12. *Fortiſſimum ruſticanum*] Flor. *formoſiſſimum r.*

v. 13. *Imis ventris*] Flor unus, *imi ventris.*

v. 15. *Illicita*] Flor. *illicita.*

v. 16. *Inguinibus*] Flor. & Rom. *virginib.* & *virginibus.*

v. 18. *Vredinibus*] Flor. vnus, *Oribus*, Bert. *vriginibus.*

v. 19. *Porro Quirites*] τὸ *porrò* malè omiſit Aldus.

Proclamare geſtiui] alii *perclamare g.* Lucianus p. 251. ἀναβοῆσαι ὦ Ζεῦ σχέτλιε ἠθέλησα, &c.

v. 28. *Percientes*] Ita lege cum Pal. In aliis eſt, *partientes*, unde Lipſius fecit, *arcientes.*

v. 36. *Stramentis*] alii, *ſtrumentis*, malè.

v. 37. *Flagro illo pecuinis oſſibus cathenato*] Heſychius κερκουρία, μάστιξ, πολυπλήν τινα τὴν κατασκευὴν εἶχον αἱ

κερκυραῖαι μάστιγες, οἱ δὲ καὶ διπλᾶς αὐτὰς ἔφασαν εἶναι· εἶχον δὲ ἐλεφαντίνους κώπας, καὶ τὰ μεγέθη περιτταὶ ἦσαν· ὑπερηφάνους δὲ, εὐπραγοῦντας, τοὺς κερκυραίους φησὶν ἀριστοτέλης, ποιεῖσθαι ἢ γίνεσθαι.

pag.216.v.1.*Securi ſua comminaretur*]Bert.*ſ.ſua comminaret.*

v.5.*Perueniunt*] Bert.*prouenꝫiunt*,malè.

v.8.*Sonitu tympanorũ*] Bert.*ſono t.* Aldus & Scickeradus,*ſonu tymp.*

v.9.*Exitus*]Rom.& Aldus,*Exercitus.*

Obuiam] Flor. *obiam*,malè.

v.12.*Hoſtiis opimis*]Aldus,*hoſtiis optimis.*

v.16.*Altiuſcule ſuſpenſum*]Palat.*altius ſcala ſ.*

v.18.*Reprehenſa*]Bert. *deprehenſa.*

v.21.*Altius filio ſuo*] Wower, *arctius f.ſ.*Benè.

v.28.*Reſipiſcis*] Ita Bert.Ald.& Venet.alii,*reſpicis.*

v.29.*Femur*]Flor.duo,*femus*.Pal.*fanus*,malè.

v.31.*Decoctum*] Flor.*percoctum.*

Ceruini vice] Bert.*cerui in vicem.*

v.34. *Deſtinata laniena*] vulgo,*deſtinata laniena*, malè.

EMENDATIONES AD LIB. IX. METAMORPHOSEΩN.

Pag.217.v.13.*Abrupto*] Fuluii liber,*obrupto.* vulgo,*arrupto.*

v.14.*Tutelam ſalutis*] vulgò,*t.ſalubrem.*

v.16.*Sacrificales epulas cum ſacerdotibus Deæ*] Vide quæ dixi ad Minutium fol.19.

v.18.*Menſas etiam impetu*]Bert. Flor. & Rom. *m.e.& id genus i.*

v.22.

Digitized by Google

v.22.*Hoc aſtuto commento*]Flor.& Bert. *h.aſtulo c.* Coluius,*h.aſtutulo c.*

v.24.*Salutaris*]Aldus:*ſalutari.*

v.26.*Conſilio prudenti vel remedio ſagaci*] Sic Mſſ. omnes. vulgò,*c.prudentis u.r ſagacis.* Vtraq; lectio tolerari poteſt. Vide me ad Minutium fol.19.

v.33.*Canem rabidã*]Ætius Tetrabibli 2. ſermone 2.cap.xxv. *Quum omnes canes natura calidi ac ſicci ſint,per æſtatem ex ambiente nos aere aliam caliditatem & ſiccitatem conquirunt, & ob immoderatam temperaturam inſaniunt & hæc inſania rabies vocatur. Patiuntur autem hoc magis in illis regionibus,in quibus maximæ inæquales ambientis mutationes inordinatè fiunt:in quibus & hyemes vehementes ſiunt & æſtus excellentes.* Caſſius Iatroſophiſta in Quæſtion.natur. Quæſt.LXXIII.

v.28. *Momentariam ſalutem*] Bert. *momentaneam ſ.*

verſ.33. *Impetu miro*] Bert.*impetuoſo miro* mirè.

v.33.*Myccilum mulionem*]Aldus, *Mitylium m.* Rom.*Mytilum m.*Palat. *Myrtillum m.* Coluius & Flor.*Myrtilum m.*Benè. Vide Lactantium ad Statii Thebaid.p. 30.134.209.

v.38. *Hypatium*]Flor.*Hyphatarium* alii,*Hypatanium.*Coluii liber,*Hiſpaſium.*

v.41. *Contacta nonnulla iumenta efferari*] Pal.& Flor.*contracta n.i.effera ſimili rabie.*Coluii liber,*contrectata n.i.e.*Bert.*contacta n.i.efferata ſimili.*

pag.218.v.6. *Subminiſtrabant*] Flor.*ſubminiſtrauerant.*

v.10.*Conceſſionis*]Lipſius,*congreſſionis.*

v.11.*Rabie poſſeſſus*]Rom.*rabia p.*

v.14.*Equidem temporis*]Bert.*eodem t.*

v.17.*Altercare*]Rom.& Bert.*altercari.*

v.18.*Adhuneccine*] Mſſ.omnes *adhuceine.*

v.19.*Increſcente ſauitia*]Expreſſi Mſſ.lectionem, alii,*inquieſcente* habent. Ambroſ.ſerm.27. *Increſcẽte morbo non medicus,ſed prauaricator in culpa eſt.*

v.21.*De rima quadam*] vulgò,*d.r.quidam.*

v.23. *Manſuefactus*] Mſſ. *manſuetus.*

v.24.*De cœlo ſcilicet miſſus mihi ſoſpitator*] à vulgatis abeſt τὸ *ſcilicet.* Vide Notas ad Minut. Fel. fol. 36.

v.27.*Allubeſcerem*] alii,*allibeſcerem*,Flor.*allibaſcerem.*

v.29. *Si viſum contactumq; laticis*] Iſtiuſmodi animalia *hydrophoba* vocant, quæ ſtudiosè vitant aquæ aſpectum , & omnium poculorum hauſtum perhorreſcunt. Firmicus Aſtronom. lib. 8. cap. 5. Theod Priſcianus de medicina lib.2.cap.8. Vegetius Mulomedicinæ lib.3.cap.31. Ætius loco prænotato.

v.35.*Totum caput vergens*] Ita Mſſ. omnes vulgò,*T.c.mergens.* Fuluius,*totus in c.vergens.*

v.36.*Plauſus manuum*] Alii,*p.manus.*

pag.219.v.2.*Opulenta*] Bert.*opulentum.*

v.3.*Inter ſemiruta*]Pal.& Colu.*i.ſemirupta.*

v.6 *Hic gracili*]Flor *is gracili.*

v.7.*Operas præbendo*] Pal.*o.præbendens.*malè.

v.9.*Poſtrema laſciuia*] Bert.& Aldus , *extrema l.* quod perinde eſt,vt alii iam obſeruarunt.

v.14.*Vxoris laudata continentia*] Vide Ariſtænetum Epiſt.ultima.

verſ.20. *Aſpero ſermone*] Bert. *aſſerto ſ.* non benè.

v.23.

v.23. *Pernox & perdia*] Rom. & Aldus. *per noctē & diem* malè. Vide Indicem.

Lanificio neruos contorqueo] Ouid. lib. 12. Metamorph.

-- -- columque
-- Cape cum calathis, & ſtamina pollice torque.

v.26. *Saucia*] Flor. unus, *ſatia*. Fulu. *ſatiata*.

Voluptatur] Sic Rom. codex. Flor. *volu tatur* κυλίνδεται. Tertull. *una orant, una volutantur.*

v.27. *Et quid iſtuc*] Flor. *ecquid iſtic.*

v.29. *Proſpexit*] Flor. *proſpexi.*

Vide iſtud dolium] Flor. *videſis ut dolium.*

Semper vacuum] Pal. *ſuper uacuum*. Probè.

verſ.32. *Cuidam vendidi*] τὸ *cuidam* delet Palatinus.

v.33. *Præcingeris*] Bert. *procingeris*. Aldus, *percingeris.*

v.38. *Contenta*] Pal. Bert. & Rom. Cod. *contecta* haud æquè benè libro 4. *Parua domuncula contentus.* & hic mox poſt: *intra terminos piſtrini contentus.*

v.40. *Qui tanto pretio præſtinauit*] Lege cum Bertino Aldo & Romano, *quia t. præſtinauit.*

pag 220. v.11. *Scabiem*] Rom. *ſcabiam.*

Exſcalpere] Ita Pal. & Ald. vulgò, *exſculpere.*

verſ.12. *Belliſſimus ille puſio*] Flor. *viliſſimus i. p.* malè.

v.11. *Carioſæ teſtæ*] legendum, *carioſa teſta.*

v.20. *Piiſſimi illi ſacerdotes*] Bert. Colu. & Rom. *puriſſimi i. ſ.*

v.22. *Caſibus*] A Scaligero & Coluio hæc lectio eſt, alii, *caſulis*, malè.

Vnica caſulis] Flor. *u. per caſulis*, malè.

Enotata]Bert.*annotata*. alii. *prænotata*. Aldus, *euocata*.

v.27.*Captantes*] Bert.& Rom.*coaptantes*. Aldus, *cooperantes*.

v.29.*Si poſſeſſiones*]Bert.*ſcilicet poſſ.*

v.31.*Caperet auſpicium*]Pal.*cuperet auſp.*

v.35.*Additam victoriam*]Scribe ex Bertino,*addictam u.*

v.36.*Forti præſagio*] Coluius: *fortis p.*

verſ.38. *Diuinationis eius*] τὸ *eius* non eſt in Florent.

Contraxerant] Rom. Ald. & Bert. *corraſerant*.

v.40.*Argumenti*]Bert.*argenti*.

pag.221.v.1.*Stagnant*]Bert.& Flor.*ſtagnati paludem f.e.a.ſ. cænoſam*. malè.

v.5. *Manipulus armati ſupercurrit equitis*] Flor. & Pal. *manipuli a. ſupercurrunte*.

v.6.*Cohibita*] Rom.& Bert.*cohibentes*.

v.9.*Vinctos*]Rom & Flor.*cunctos*.

v.10.*Ocyus*]Flor.& Rom.*potius*.

Plærique]Bert.*plærunque*.

v.18.*Cantharum*[Flor.Ald.Rom.& Bert.*caliculum*.

v.23.*Sorori ſuæ Syriæ*]Flor.*S.ſ.Deæ S.*

v.24.*Vocari capitis*]Bert.& Rom. *vocaritis*.

Has & alias ſimiles aſſanias fruſtra abblaterantes]Sic reſcripſi ex Flor.in quo erat, *has & ſimiles aſſanias f.abblaterantis*. in Bert eſt, *H. & a.ſ.afaneas f. altercantes*.in vulgatis, *His & aliis ſimilibus aſſaniis f. blatteratis*.

v.26.*In Tullianũ compingunt*] Calpurnius Flaccus Declam.4 p.386.*Video carcerem publicum ſaxis ingen-*

ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem, lucis vmbram recipientem. In hunc coniecti, robur Tullianum proſpiciunt, & quotiens iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, examinantur, & alienum ſupplicium exſpectando ſuum diſcunt.

v.28. *Altera die productum me*] Flor. & Palat. *alta d. producunt me rurſum.*

v.37. *Peruigilem farinam*] Bert *peruigilam f.*

verſ.38. *Nouus dominus*] *N. ſcilicet d.* Flor. & Bert.

Loca ac lautia] Flor. *loca lautia.*

v.40. *Inſtruxit præſepium*] Bert. *præaſtruxit p.* male.

pag.222.v.7. *Similiter* vulgò, *ſimiles.*

v.19. *Defectum alioquin*] Wowerus malè immutat in *defeſſum*. Vide Indicem.

v.22. *Indignus*] Venet. & Rom. *indigus*, Ald. *indignus*. malè.

v. 25. *Quales illi homunculi vibicibus liuedinis*] Bert. *Q. illic.* Flor. & Pal. *quale illic h.u. libidinis.*

v.28. *Exiguo tegili*] Guliel. Vereſim. lib. 2. cap. 5. *Exiguo tegillo.*

v.30. *Capillum ſemiraſi*] Seruitia, quæ in piſtrinis & ergaſtulis, ſemiraſa erant. Turnebus aduerſar. lib. 20. c.9. Lipſius Elect. lib.2.c.15. Scaliger ad Catullum p.54.

Cum lurore deformes] Wowerus, *cutim l.d.*

v.31. *Lurore*] *Lucore* Flor. malè.

v.32. *Palpebras adeſi*] Bert. *p. obeſi.*

In modum pugilum qui puluiſculo] Ambroſius de officiis libro 1. fol.8. *Quoniam qui non ſubſcripſerint ad coronam non tenentur ad laborem certaminis; non ſe perfundunt oleo, non oblinunt puluere. Quos*

manet gloria, exſpectat iniuria. Tertull. de Pallio c.4. de corona militis cap.3.

v.33. *Farinulento cinere*] Flor. *farinulenta c.* Bert. *f. cruore.* malè.

v.38. *Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci*] Flor. *a.p.t. inulci.* Tales *Tuſſiacos* vocat Firmicus.

v.41. *Circumcurſione*] Ita lego cũ Flor. in vulgatis eſt, *circumciſione*, in aliis, *circuitione.*

pag.223. v.1. *Veterno*] Pal. *veterrima.* Coluius, *veterna.*

v.3. *Vltima ſalutis iam detruſus*] Flor. & Bert. *ad vltimum ſ. truſum, tandem ſubmiſſo capite.* Coluius, Lipſius Elect. 2.c.21. & Cœlius Rhodig. *ad ultima ſ. mea iam detrux.*

v.8. *Priſca poetica diuinus author*] Eius Elogia collegit Lipſius ad Velleium. quibus adde Antholog. lib.1.c.67.

v.9. *Multarum ciuitatum obitu*] Diodorus Siculus lib.1. biblioth.

v.13. *Certè reddidit*] τὸ *certè* abeſt à Mſſ.

v.14. *Suaue comptam*] Bert. *ſuauem compertam.*

v.18. *Coniugam*] alii *coniugem.*

v.22. *Scaua*] Tertull. ad vxorem lib.2.c.4. *Quis coniugem ſuam ad conuiuium Dominicum illud quod infamant, ſine ſcaua ſuſpicione dimittet.* Sic rectè Scaliger, vulgò, *ſua ſuſpitione*, legitur.

Virioſa] alii, *viroſa & iurgioſa.*

v.25. *Numinibus*] Bert. *mentibus.*

v.27. *Obſeruationibus vanis*] Aldus & Flor. *o. vacuis.*

v.35. *Applicari præſepio iubebar*] Bert. & Palat. *a. me p. iubebat.* Benè.

v.40. *Meis alioquin*] Rom. *m. aliquando.*

pag.

pag.224.v.3.*Velitata ſcenas*]Sic ex Mſſtis hic locus interpungendus, vulgò, *velitatas cœnas*.

v.10.*Timida anicula*]Wow.*temulenta a.*Scoppius, *uvida a.*

v.15.*Phileſietarus*] Flor.*Phileſitherus*.

v.18.*Hercules ſolus*] τὸ *ſolus* delet Bertinus.

v.21.*Diuerſum ingenium*]Bert.*diuerſorum i.*

v.23.*Præmorum acritudine vulgus*]Bert.*primorũ rude u.*malè.

v.26.*Ad hac ultima piſtoris*]τὸ *vltima* delet Bert. haud benè.

v.30.*Ordine mihi ſingula retexe*] τὸ *ordine* non cõparet in Bert.

v.33.*Caræ coniugis*] vulgò, *caro coniugio*.

v.34.*Myrmecem*] Flor.*Myrmicem*.

v.35. *Secreto commonet ſuaq; dominæ cuſtodelam*] vulgò, *ſecretum c.ſ.d.cuſtodiam*.

Mortem violentam & defamem comminatus] Sic Flor. vulgati, *v.& famem c.*malè. Loquitur enim de ſupplicio crucis. Coluius hunc locum non intellexit.

v.37.*Quiſquam hominum*] Scoppius, *q. omnium.*

v.39. *Diuina numina*] τὸ *diuina* rectè Aldus induxit.

pag.225.v.5.*Prahendens*]Flor.*prendens*.

v.6.*Sed ardentem Phileſitari*]Bert.*ſed ardentis Phileſitari*.

v.9.*Inſtinctus*]alii, *inſtrictus*.

Quidvis facere, quidvis pati] Horat.

Paupertas quiduis & facere & pati cogit.

v.12.*Quod pecuniæ cuncta difficultates ſunt peruia*] Nihil tam munitum, nihil tam firmũ, inquit princeps orator, quod pecunia expugnari non poſſit. in

Verrem Orat.2.fol.40. Vnde & famigerabilis ille urbium prædo Philippus gloriari ſolitus, nullam arcem inexpugnabilem, etiamſi portæ eius ferratæ & muri adamantina firmitate muniti, in quam modo aſellus auro onuſtus quiret aſcēdere. Cicero lib. 1.ad Atticum epiſt. XVI. Paulus Silentiar. Anthol. lib.7.cap.29.

χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
  Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε· χάλκεα νικᾷ
  δάπιδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ·
χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει,
  χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα μήτις ἐραστὴς
  λισσέσθω Παφίαν, ἀργύρεον παρέχων.

v.14.*Solitatem*] Bert.*ſolitudinem*. malè. Vide Indicem.

v.15.*Supplex eum*] Flor.*ſ.ei*.

v.20.*Suadelis*] Bert.*aculeis*.

v.21.*Cuneum*] Rom.& Ald.*aculeum*.

v.22.*Diffinderet*] Pal.& Flor.*diffunderet*.

v.23.*Demonſtrat ei*] *Ei* non eſt in Bertino.

v.38. *Mandatum perfert*] Rom.*in auditum p.* Bertin.*m.prafert*.malè. Vide Indicem.

pag.226.v.4. *Pretium repoſcit*] Bert.*pramium depoſcit*.

v.6. *Capite contecto*] Adulteri ad amicas capite obuelato itabant. Charite lib.præcedenti ad Thraſyllum mœchum truculentum: *Sed heus tu, inquit, quam probè veſte contectus; omniq; comite viduatus prima vigilia fores meas tacitus accedas.* Fortunat.de rhetorica: *Inuenit filius adulterum obtecto capite.* Calpurnius declamat.47. *Inuenit adoleſcens incertū quem*

quem adulterum capite velato. Iuuenal.Sat.6.v.121.

Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Noui &]Flor.hæc delet.

v.12.*Clamat*]Bert.*clamitat.*

v.13.*Comminatur*]alii,*minatur.*

v.14. *Repentino malo perturbatus, & ad inopiam conſilii redactus*] Pauor ſapientiam homini ex animo expectorat. Achilles Tatius de Clitiph. & Leucip.amorib. lib.7.p.177. ἀληθὴς δ' ἐστιν, ὡς ἔοικεν, ὁ λόγος, ὅτι μνήμην ἐμπλήσσειν πέφυκε φόβος· ὁ δ' οὖν Σωσθένης περὶ ἑαυτοῦ φοβηθεὶς ἅπαξ ἁπάντων ἐπελάθετο τῶν ἐν ποσὶν ὑπ' ἐκπλήξεως ὡς μηδὲ τοῦ τῆς Λευκίππης δωματίου κλεῖσαι τὰς θύρας.

v.18.*Tunicam iniectus*]Flor.*tunicas iniectas.*

v.19.*Præturbatione*]Bert.& Aldus, *perturbatione*, malè.

v.26. *Suſpectusq;*] Rom.Flor.Pal.& Bert.*ſuſpectisq;*.

v.28.*Fartim*]Flor.*furtim.*

v.29.*Iuſſo tantum detrahi*]Bert.*i. tamen attrahi.*

v.33.*Vultu turgidus*] Bert.*u.turbido.*

Mihi furatus] τὸ *mihi* non eſt in Bertino.

pag.227.v.4.*Deuotaſti*]Flor.*deuoraſti*, malè.

v.8.*Imo ſublatus*] Stewech.*i.os ſublitus.* benè.

v.10.*Ignouit ex animo*]Modius,*i.exanimo.* malè.

v.13. *Libertatem fruitur*] Ita Aldus, alii, *libertate f.*

v.14.*Et cacam illius*] Bert.& Flor.*e.ecce i.*

Timentem] alii, *tumentem.*

v.22.*Naccam proximam*] Bert. Venet. & Rom. *nactam p.* Aldus,*nacam p.*ſed nihil mutandum. Vide Indicem.

v.25.*Liber etiam cunctas*] Fuluius,*liberè iam c.*

v.32.*Sed vt primum occurſoriam potionē*]Sic Flor.

& Palat.Rom.& Venet.*ſ.u.p.accurſoriam p.* Aldu
ſ.v.p.antecurſoriam p. malè. Occurſoriam potione
dicit potionem primam. Nam ante omnem cibu
circumferebatur phiala, ex qua omnes hauriebar
Petronius *guſtationem & promulſidem* vocat. Ath
næus προπόμα. Laertius Menedemo pag.102. τὸ πρ
αγόμενον ποτήριον ἐ μεῖζον ἦν κοτυλιαίε Vide Caſaubo
animaduerſ.lib.2.c.17.fol.73.

v.35. *Crurum ei fragium*] Rom.& Ald, *c.eiu*
Coluius, *crurifragium.*

v.37. *Quo frumenta confuſa purgari*] Bert. *q.f.co*
frixè p. A vulgatis τὸ *confuſa* abeſt.

v.40. *Deſerta canula*] vulgò, *relicta c.*

pag.228.v.2. *Quæ ſemper ſecundo*] τὸ *ſemper* non
in Palat.

v.15. *Lauti*] vulgò, *lauati.*

v.18. *In rectum*] Bert. *intectum.* Flor. *intexetum.*

v.19 *Suffuſa*] alii, *ſuffuſas.* Wower. & Coluiu
ſuffita, non malè.

v.21. *Participat*] alii, *participabat.*

v.23. *Vt eſt ingenium viuacis metalli, crebras ei ſte*
nutationes] ſternutamentum enim ex calore oritu
qui ocyus ſpiritum elicit, cuius excurſio ſpiritu.
ſternutatio eſt, ut dicit Ariſtoteles Problemat. ſec
34.fol.478.

v.25. *Pone tergum eius maritus acceperat ſonu*
ſternutationis, quod enim putaret ab ea] Hæc induc
Bertinus.

v.26. *Solito ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus*
Tenuit, & etiam nunc tenet conſuetudo, ſternutā
tibus ſalutem imprecari. Petronius: *Gyton collectior*
Spiritus plenus, continuo ita ſternutauit, vt grabatur
concuteret, ad quem motum Eumolpus conuerſus, ſa
uer

uere Gytona iubet. Ammianus lepide in benè naſutū Anthol.lib.2.c.13.

οὐ δύναται τῆ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν ἀπομύσσειν,
τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέρην.
οὐδὲ λέγει ζεῦ σῶσον ἐὰν πταρῆ· οὐ γὰρ ἀκούει
τῆς ῥινὸς· πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει.

Non ſolum autem ominoſum, ſed numinis ad inſtar à paganis cultum ſternutamentum, Ariſt. problemat.ſect.34.fol.478.de hiſtoria animal. lib. 1. c. 11. Plutarchus de Homero fol.315. Philemon apud Theodoretum contra Græcos fol.87. Orat. *de Prouident.*10.

v.28. *Quodres erat*] vulgò *quæ res erat.*

v.30. *Reflantem*] vulgò *efflantem.*

v.32. *Reſpecto*] Bert. *reſpectato.*

v.34. *Noxa noſtri*] Bert. *n. noſtra.*

v.37. *Tunc vxorem*] Bert. *tamen v.*

v.40. *Tanto calore perculſus*] alii, *t.c. percuſſus.* Ira enim feruor ſanguinis eſt, vt ait Philoſophus lib. 1. de anima cap. 1.

v.41. *Eram dubius*] Flor. & Berti. *erat dubius.*

pag 229. v.8. *Notam aſciuerit*] Bert. & Flor. *nomē a.* quod probo.

v.12. *Temporius quieti decedere*] Bert. *tempori q. d.* Aldus, *t. q. recedere.*

v.13. *Menſam poni comiter*] Pal. Berti. Rom. & Flor. *m. potius comiter.*

v.19. *Præbere domino*[Mſſ. omnes, *perhibere D.*

v.23. *Vniuerſa nos iumenta*] Pal. *uniuerſarios & hora.*

Ad lacum] vulgo, *a. locum.*

verſ.25. *Oportuniſſimam*] Rom. & Bert. *optatiſſimam.*

v.28. *Ad ſummam minutiem*] τὸ *ſummam* delet Bert.

v.33. *Ex ſangui pallore trepidantem adulterum*] Infra: *Exſangui formidine trepidantem adulterum*. Lactantius ad 6. Thebaid. Statii pag. 207. *Sanguis propriè videtur animæ eſſe poſſeſſio, vnde exſangues mortuos dicimus.*

Serena fronte] lib. 3. *frontem tuam ſerena venuſtate lætabit aſſiduè.*

v.36. *Naccinæ truculentiæ*] Ita Flor. membranæ. Aldus & Palat. *machinæ t.* Bert. *vatino truculente.* Rom. *machiæ t.* Scaliger, & Coluius, *mœchæ t.*

v.38. *Ad diſcrimen capitis vocabo*] Vide Notas noſtras, ad Arnobii lib. 4. fol 87.

v.39. *Pulcellum puellum*] τὸ *puellum* non eſt in Bertino.

pag. 230. v. 4. *Habere plus authoritatis vxorem*] Auguſt. Quæſt. in Geneſin, quæſt. 53. apud Gratianum Decret. part. 2. cauſſ. 33. q. 5. *Eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris, filii parentibus, quia nulla iuſtitia eſt, ut maior ſeruiat minori.* Vide Ariſtot. probl. ſect. 29. fol. 468. Chalcidium in Platonis Timæum fol. 281.

v.7. *Cum puero cubitans*] παιδεραστία eſt, ubi Venus mutatur in alteram formam, & maſculi ἄρρενες ἐν ἄρσεσι τὴν αἰσχυμοσύνην κατεργάζονται, vt ait Baſilius Magnus homil. *quod Deus non ſit author malorum* p. 161. Hos gentium Apoſtolus 1. Cor. 6. v. 9. & 1 Timoth. 1. v. 10 ἀρσενοκοίτας vocat. Equidẽ enorme & abominandum hoc vitium in omni mundo latè vagatũ, vbiq; ferè reperit ſuos amatores, & velut peſtilenti ſidere Romanorum, Græcorum. Perſarum, Æthiopum & Turcarum mentes afflauit, ſicuti docui ad

Arnob.

Arnob. lib. 1. contra gentes fol. 36. Soli Germani nihil tale nouere, nec vrtica illa vnquam tetigit fortiſſimos heroes noſtros, vt erudité ex Quintiliano obſeruat vir eximius I. Lipſius in Notis ad Taciti Germaniam p. 53.

v. 10. *Ferula nates eius obuerberans*] Adulterum prætextatum more pædagogi ferulis excipit. Fulgent. Mythol. lib. 1. *Tumidas ferulis geſtaueram palmas.* Prudentius præfat. καθημερινῶν:

Ætas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis.

Iuuenal. Sat. 1. Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 22. c. 22. Confeſſ. lib. 1. c. 14. Sidonius Apollin. lib. 2. Ep. 10. Columella lib. 10. de cultu hortorum. Non ſolum a. manus (de quo video dubitare virum doctũ) ſed & nates puerorũ Ludimagiſtri cedebant. Diſco hoc ex Plauto, Bacchid. ſcena, *Nunc experiar*, &c.

Inde de hippodromo & palaſtra vbi reueniſſes domũ
Cincticulo præcinct⁹ in ſella apud magiſtrũ aſſideres:
Tum librum legeres: ſi vnam peccauiſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum, quam eſt nutricis pallium.

Et Tzetze Chiliad. hiſt. 9. hiſtor. 258.

σκῦτος, τὸ παῖον τὰς πυγὰς παίδων τῶν μανθανόντων.

Cædi autem pueros parte hac ideo receptum, quod ſint nates ſenſus obtuſi ob cutis craſſitudinem, cui inſit calloſum quiddam, & ſolidius duriusq́;, quam reliquo corpore præſertim ſuperno. Cœlius Rhodig. antiq. lect. lib. 4 c. 8.

v. 17. *Fortiſſimus*] Alii, *formoſiſſimus.*

v. 22. *Ad armillum reuertit*] Pal. & Flor. *a.a. reuertitur.*

v. 23. *Veteratricem*] Ald. & Scalig. *veratricem.*

v.25.*Credebatur*] Pal& Bert.*videbatur.*

v.32.*Sequius*]vulgo,*ſecius.*

v.38.*Aſtutule aſine*]vulgo,*ſtultule a.*

v.39.*Contentus*]Bert.*contectus.*

Geſſerint]alii,*egerint.*

pag.231.v.8.*Seducit*]alii,*deducit.*

v.10.*Opifices*]Flor.*opificis.*

v.13.*Clamantibus*]Bert.*poſtulantibus.*

v.15.*Maius peiusq;*]Bert.& Rom.*malum p.*

v.16.*Redacto*] Bert.*diſtracto.*

v.21.*Frequentiq;*] Flor.*frequenti.*

v.23.*Accurrit*]alii,*occurrit.*

In quo pridem denupſerat]Flor.*i.quod p.d.*Bert. & Rom.*i.q.pridie d.*

v.29.*Et cum ſe*]Bert.*ea cum ſe.*

v.30.*Concurſu*] Bert.*occurſu.*

v.36.*Quinquaginta nummis ſed magno*] Fuluius, *q.n.ſcilicet m.*Florent.rectè τὸ *ſed* delet.

v.41.*Tradita mercede*]Stewech.*t.merce.*Benè.

pag.232.v.2.*Placita quiete*]alii,*tacita q.*

v.5.*Hybernas Capricorni pruinas*] Cicero de Natura Deorum:

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans
Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.

v.10.*Contentus*] Flor.*Contectus.*

v.11. *Lutum*] Pal.*luto.*

Geliq;] Pal.*Geluq;.*

v.17.*Cariem*]Pal.*ſcariem.*

De pago proximo]Flor.*Qui me p.p.*

v.19.*Madeſcens*]Flor.& Bert.*madefactus.*

Ab itinere]Flor.*abſtinere*,malè.

v.20.*Hortum*]Flor.*hortulum.*

Diuerterat]vulgo,*diuertit.*

v.23. *De prædis ſuis*] Flor. & Rom. *d. præſidijs ſ.*

v.26. *Sexageſimum gradum*] Ita Scalig. ut Græci βῆμα. Flor. *ſ. ſtadium* legit.

v.31. *Clangore genuino*] Vulgò, *clamore g.*

v.33. *Aucilla*] Ita Flor. alii, *ancilla*. malè. Vide Indicem.

v.36. *Calathum*] Flor. *Galathum* malè.

v.38. *Conſueta lecticula*] Bert. *aſſueta l.*

Spreto cubili] Palat. *ſumpto c.*

v.40. *Quod ſcimus illud*] Hæc verba non agnoſcit Palat.

Pag. 233. v.1. *Comitari*] Bert. *Comitare.*

v.2. *Quod meritò omnes*] τὸ *omnes* additum ex Florent.

v.3. *Terra dehiſcente*] Bertin. *t. dehiſcens i. l. emicuit. ſangui factus.*

v.9. *Viſa etiam interea muſtela*] τὸ *viſa etiam* delent Pal. & Flor. in Bertino eſt, *viſa etiam i. muſtela attrahens.*

v.17. *Procuraretur*] Bert. *procurentur.*

v.27. *Pecua trucidando*] τὸ *pecua* nõ eſt in Bertino.

v.29. *Totum frugalitate*] Bert. *tota f.* Vide Quint.

v.30. *Finiumque inani*] alii, *fi. & viarum*, quod non diſplicet.

v.36. *Quantulum ferentes*] Flor. *quantulum quantulum f.*

Pag. 234. v.1. *Tot mediatorum*] Flor. *t. emiditorum.* Rom. & Ald. *totum m.* alii, *t. metatorum.* Vide Indicem.

v.2. *Auriculis*] alii, *anniculis.* Wower. *amiculis.*

v.6. *Suis opibus confiſum*] Opes faciunt animum. Ter. Hecyra act. 3. ſce. 5. *Quia paululum pecuniæ acceſſit, ſublati eſt animi.*

v.7.*Cum pauperes etiam liberali legum præſidio*] Vi de Tacitum lib.3.Annal.cap.26.& Vlpianum leg.9 Digeſt.de Offic. procoſſ.

v.13.*Eſitare*] Ita ex Fuluii libro hunc locum leg Flor.*exſiccare*.Pal.*eſſicare*.

v.14.*Paſſiuis morſibus annulatos*] Mſſ. *paſſibus m alumnatos.*

v.22. *Obtunſis digitis*] lib.2.*digitis pedum detunſ ob lapides.*

v.25.*Sic fruſtratim*] Dele τ *ſic* ex Flor.

v.29.*Conterrere*] Flor *conterere.*

v.32.*Interijt*] MSS.*interiſſet.*

v.35.*Velitantur*] Bert.*vindicant.*

v.40.*Suſpenderat corpus*] τ *corpus* ignorat Ber tin.

v.38.*Terra concidit*] Bert.*t.cecidit.*

v.39.*Tranſiectum*] Florent.Pal.& Rom.*tranſue ctum.*

P.235.v.8. *Inſatiabilem tuam crudelitatem*] vul go,*inſatiabilis t.c.*

v.9.*Triumphandum ſcias*]Bert.& Rom. *trium phatum ſ.* Puteanus Cont.1.Epiſt.97.& Scoppius *triumpha, dum ſ.*

verſ.11.*Habiturum te tamen vicinum*] Saluianu de gubernat. Dei libr. 5. *Quamlibet cuncta occupe quamlibet cuncta peruadas, vicinum ſemper inue nies.*

v.17.*Complexu*]Rom. *amplexu.*

v.18.*Ferro librato*] Bert.*f.librante.*

v.23.*Nec vllum verbum, ac ne tacitum quidem fle tum*]Ouidius:

Nec me flere diu,nec potuiſſe loqui:
Et lachrymæ deerant oculis, & verba palato.

Achilles Tatius de Clit. & Leucip. amoribus p. 71. ταῦτα μὲν ἐθρήνουν ἡσυχῶς, κλαίειν δὲ οὐκ ἠδυνάμην. τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖς μεγάλοις κακοῖς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς μετρίαις συμφοραῖς ἀφθόνως τὰ δάκρυα καταρρεῖ, καὶ ἔστι τοῖς πάσχουσι εἰς τοὺς κολάζοντας ἱκετηρία καὶ τοὺς ἀλγοῦντας ὥσπερ ἀπ᾽ οἰδοῦντος τραύματος ἐξεκένωσε. ἐν δὲ τοῖς ὑπερβάλλουσι δεινοῖς φεύγει καὶ τὰ δάκρυα, καὶ προδίδωσι καὶ τοὺς ὀφθαλμούς. ἐντυχοῦσα γὰρ αὐτοῖς ἀναβαίνουσιν ἡ λύπη, ἵστησί τε τὴν ἀκμὴν, καὶ μετοχετεύει καταφέρουσα σὺν αὐτῇ κάτω. τὰ δὲ ἐκτρεπόμενα τῆς ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁδοῦ εἰς τὴν ψυχὴν καταρρεῖ, καὶ χαλεπώτερον αὐτῆς ποιεῖ τὸ τραῦμα.

Et libr. 8. pagin. 171. οὕτω καὶ ψυχὴ παταχθεῖσα τῆς λύπης βέλει τέτρωται μὲν ἤδη καὶ ἔχει τὴν τομὴν τοῦ λόγου τοξεύσαντος. ἀλλὰ τὸ τάχος τοῦ βλήματος οὐκ ἀνέῳξεν οὔπω τὸ τραῦμα, τὰ δὲ δάκρυα ἐδίωξε τῶν ὀφθαλμῶν μακράν. δάκρυον γὰρ καὶ αἷμα τραύματα ψυχῆς, ὅταν ὁ τῆς ψυχῆς ὀδοὺς κατὰ μικρὸν τὴν καρδίαν ἐκφάγῃ, κατέρρηκται μὲν τῆς ψυχῆς τὸ τραῦμα· ἀνέῳκται δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡ τῶν δακρύων θύρα· τὰ δὲ μετὰ μικρὸν ἐξ ἀνοίξεως ἐξεπήδησεν· οὕτω κἀμοί, τὰ μὲν πρῶτα τῆς ἀκροάσεως τῇ ψυχῇ προσπεσόντα καθάπερ τὰ τοξεύματα κατεσίγησε, καὶ τῶν δακρύων ἀπέφραξε τὴν πηγήν· μετὰ ταῦτα δὲ ἔρρει χαλασάσης τῆς ψυχῆς τῶν κακῶν.

v.28. *Cernuus corruens*] Ita Scaliger. Flor. *cernulus* c. vulgati, *tremulus*. Lipſii codex, *ceruleus c.* malè. Vide Indicem.

v.29. *Portentuoſi*] alii, *portentoſi.*

v 32. *Depranſis*] vulgò, *depenſis.*

v.33. *Inſcenſo me*] Pal. & Rom. *inſeſſo m.* Sed nihil mutandum. Sequenti pagina: *hortulanus inſcenſo me rectà feſtinat ad ciuitatem.*

v.40. *Familiarem inſolentiam*] Ob quam Pyrgopolinices apud Plautum, & Thraſo apud Terentium eximiè vapulant.

P.236.v.1. *Proturbat* Bert *perturbat*. Quod Scoppius defendit.

v.8. *Quo ducebat*] Bert. *q. dicebat*. male.

v.19. *Prolapſum* Pal. *prolatam*, Rectè.

v.13. *Manipulos*] Flor. *maniculos*, malè.

De proximo hortulo] τὸ *de* non eſt in Bertino.

Proximo hortulo] τὸ *hortulo* delet Palat.

v.19. *Simulanſq; ad commouendam miſerationem*] Bertin. *ſimulac quærere a. c. m.* Florent. *ſimulans quærere*.

Genua eius velle contingere] Supplices genua contingebant. Apuleius lib. 2. Metam. & lib. 8. Dionyſius Halicarnaſſ. li. 8. fol. 111. 514. Victor de perſecut. Vandalorum libr. 1. f. 630. Seneca Thyeſt. act. 3. Scen. 2. Tacitus lib. 6. Annal. Poſidonius de vita Auguſtini c. 15. Eunapius Ædeſio p. 340. Notata ad Arnobium f. 114. lib. 6.

v.22. *Etiam de via*] Flor. *e. d. vico*.

v.26. *Si reſurrexiſſet*] vulgò, *ſ. ſurrexiſſet*.

Machæra ſua] Bert. & Rom. τὸ *ſua* non habent.

v.30. *Prauentus vulneribus*] Bert. *præmonens v.* unde alii, *ac penè moriens v.* haud malè.

Saluti ſubſidium] Flor. *ſalutis ſ.*

v.33. *Recta feſtinat*] vulgò, *rectè f.*

v.35. *Narratis*] Flor. *enarratis*. Pal. *etiam n.*

v.40. *Tabernula*] Aldus, *tabernacula*, malè.

v.41. *Orificio*] Flor. *torificio*. malè.

Pag. 237. v. 3. *In ciuitatem aduentat*] τὸ *in* non eſt in Flor.

v.6. *Iſtas tunc clades ſuas*] Rom. *iſtam tamen cladem ſuam*.

v.17. *Diuerſorij*] Flor. *diuerſoris*.

v.21.

v.21. *Non vidiſſe*] Fl. *nec vidiſſe*. & deinde pro *militones*, commilitones.

v.23. *Vſpiam*] Bert. *vſq; iam*.

v.25. *Immiſſis lictoribus*] In perquiſitione furti veteres ſolebant etiam obſignata & minutiſſima quæque excutere. Petrus Pithæus aduerſar. libr.2. c.19.

v.26. *Miniſteriis*] Bert. *miniſtris*.

v.29. *Violentior*] Ald. *violenter*.

Vtrinq; ſecus] Rom. *vtriusq; ſecus*.

v.31. *Negantis*] alii, *denegantis*.

v.36. *Collimatis oculis*] alii, *collineatis o.* rectè.

v.38. *Et emenſis*] Bert. & *remenſis* Rom. *e. emerſis*, malè.

P.238. v.1. *Capite penſurum*] τὸ *capite* in nullo vulgatorum eſt.

v.2. *Summoq; riſu meum proſpectum cauillari*] Ita Lipſii Mſtus, Flor. & Bert. vulgo, *ſ. r. de meo proſpectu c.*

v.3. *De proſpectu & vmbra aſini*] De hoc prouerbio vide reuerendiſſimum & immortalitate digniſſimum ſenem Andream Schottum. quem virum propter eximiam eruditionem, humanitatem ſingularem, & ſtudium indefeſſum de patribus & politioris literaturæ ſcriptoribus benè merendi, eximiè amo.

EMENDATIONES AD LIBRVM X. METAMORPHOSEON.

v.14. *Diductum abducit*] Flor. *deductum a.*

v.10. *Hortulanus*] Hanc vocem alii delent.

v.18. *Cætera his longius*] Fl. 2. & Lipſii liber *cætera*

by Google

longiorem. Wower. *cæteris his l. relucens*. Scoppi *cæteris longe prælucens*.

Sic etiam lanceam] Bert. *ſed & l.*

v. 17. *Galeam nitore præmicantem*] Fulgorem in mis requirunt Impp. ad incutiendum terrore Plaut. Milite, Act. 1. Sce. 1.

Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior
Quam ſolis radii eſſe olim, cum ſudum'ſt, ſolen
Vt, vbi vſus veniat contra conſerta manu
Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibu

v. 26. *Poſt dies pluſculos*] Videtur hic aliquid deeſ

v. 29. *Probe literatum, atque ob id conſequenter p tate modeſtiaq;*] Doctrina politiora & meliora fiu ingenia. Vnde Ouidius apte:

Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

v. 33. *Adæque duodecimum*] τὸ *adæque* abeſt à Be tino.

v. 34. *Supergreſſerat*] Pal. Bert. Rom. & Flor. *ſupe geſſerat*, Douſa, *Superceſſerat*, male. vide Coluium

v. 39. *Primis elimentis cupido*] Coluius, *p. alime tis*. bene.

Pag. 239. v. 5. *Pallor deformis*] Lipſii liber & Be *pallore d.* alii *p. deforis*. Scholiaſtes Vetus Horatii Epod. 11. *Ex amoris impatientia naſcitur triſtitia, qua languor, ex languore pallor, ſilentium & ſuſpiri ex quibus vt adjunctis ſignis certo cognoſcitur am* Ouid. lib. 4 Metamorph. fab. 4.

—palles, facit hunc amor ipſe colorem.

Propertius:

Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni.

Plautus Perſa, Scena, Qui amans egens ingreſſ SA. *ſatin vſque valuiſti?* TO. *haud probe.* SA. *Er adep*

ædepol palles. TO. *Saucius factus ſum in veneris prælio: Sagitta Cupido cor meum transfixit.* SA. *Iam ſerui hic amant.* Lucianus de Syria Dea p. 414. ἔρωτες δὲ ἀφανέοι πολλὰ σημεῖα· ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες· καὶ φωνὴ καὶ χροιὴ καὶ δάκρυα. Docte Ariſtænetus Ep. 13. libr. 1. p. 53. & ſeq. Et Auicenna lib. 3. Tract. 4. fol. 206.

v. 8. *Vapore*] Flor. *vaporibus.*

v. 11. *Crebriter*] Flor. *Crebiter.*

v. 12. *Cuiuis tamen docto*] τὸ *tamen* non eſt in Florent.

v. 13. *Aliquam*] Flor. *aliquem.*

v. 15. *Furoris altius*] Rom. *f. alterius* rectè.

Ad ſe vocari præcipit filium] Confer Senecam Hippolyto. Val Maximum libr. 5. cap. 7. & Plutarchum in *Demetrio.*

v. 16. *Et ipſo*] Flor. *eos ipſos*, male.

v. 17. *Eraderet*] Bert. *euaderet*, male.

v. 18. *Senili triſtitie*] Flor. *ſenilis triſtitia.*

Striatam frontem] Alii, *ſtrictam f.* male. Vide Indicem.

v 30 *Mihi vita*] τὸ *vita* recte delet Flor. & Bert. repetitum enim eſt ex τὸ *tute.*

verſ. 31. *Iſti tui oculi per meos oculos*] Quintilianus Declamat. ſecunda. *Oculi tota noſtra luxuria. Hi nos in omnia vitia cotidie præcipitant, mirantur, adamant, concupiſcunt.* Firmicus Aſtronomicῶn libro quinto cap. 1. *Amorum illecebras oculorum paſſinis cupiditatibus incurrent.* Et, *eum ad Venereos coitus collecta per oculos deſideria ſemper compellent.* Achil. Tatius libro 1. pagin. 7. κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ. ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. πάντα δέ με εἶχον ὁμοῦ ἔπαινος, ἔκπληξις, τρόμος, αἰδώς, ἀναίδεια. ἐπῄνουν τ.

Digitized by Google

μέγεθος ἐκπεπλήγμην τὸ κάλλος, ἔτρεμον τὴν καρδίαν, ἔβλ
τον ἀναιδῶς, ᾐδούμην ἁλῶναι. Alia vide apud And. Scho
tum in Prouerbiis p. 276. & Bernardum Martinu
Variar. lect. 3. c. 24.

v. 33 *Tua cara parentis*] Flor. Pal. & Rom. *t. cau*
pereuntis, rectè.

v. 35. *Illius enim recognoſcens imaginem in tua faci*
Arnoldus Abbas de Operib. ſex dierum p. 39. *Sic*
exterior facies paternæ generoſitatis prætendit indic
ium, & ibi vel pulchritudo vel deformitas genitoris tra
iecta eſt, vt & ex vultu intelligas, vtrum naturalis, an
adulterinus ſit filius.

v. 36. *Habes ſolitudinis*] Bert. *hæres ſ.* malè.

verſ. 37. *Namque quod nemo nouit, pæne non ſi*
Palat. *namque inſit, q. n. n. p. n. ſ.* O ſtulta! licet hom
nes non nouere facta tua mala, nouit tamen ea il
qui ſupra nos negotium curat, Deus, quem nem
fallit iudicem. Vnde & non profanè homo prof
nus Offic. lib. 3. dicit: *Si omnes Deos hominesq; cela*
poſſimus, nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidin
ſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. Notata ad M
nutium fol. 61. & Euſebius de præparat. Euang. li
13. c. 11.

v. 40. *Exaſperandum*] alii, *exaſperandam.*

v. 41. *Leniendum*] Bert. *leniendam.*

Ergo prolixè pollicetur vt bonum] Fl. *e. p. prolix*
p. & b.

P. 240. v. 3. *Ratus indigere conſilio magno & alti*
re] Sic Bert. Rom. *r. i. c. magno & ampliore.* Flor. *r. i.*
pleniore.

Et magnam] Flor. *etiam m.*

v. 11. *Modo illud*] Bert. *m. aliud.*

v. 12. *Conſpectum*] vulgò, *aſpectum.*

v. 1

v.13. *Nunciorum varietate*] Lipſius, *mendaciorum v.*

v.14. *Perſpiciens*] Bert. *proſpiciens*. male.

v.15. *Transtulit*] alii, *transtuliſſet*.

v.20. *Inſontis priuigni*] Quint. Declam. 1. & 2. Li. antholog. 1. c. 50.

v.25. *Latitabat*] Flor. & Bert. *latebat*.

v.26. *Hauſtus qui*] Rom & Bert. *hauſtum atque*.

v.34. *Clade familiæ*] Palat. *Cladem f.*

v.35. *Miſſoque protinus curſore*] vulgo, *miſitque p. curſorem*. Adi Beroaldum.

v.38. *Et hic quidem*] Flor. *e. hoc q.*

Pag. 241. v. 1. *Tam immanibus*] Flor. *tamen i.*

v.7. *Adhuc vxoris*] Flor. *adhoc v.* recte.

Iuniorem] Bert. *minorem*,

v.8. *Impellebatur*] Flor. *implebatur*. minus recte.

v.9. *Et ſepultura filij fuerat explicata*] vulgo, *ſepulturæ filij fuerant explicatæ*.

v.16. *Neceſicarium*] Bert. & Rom. *cadeſ.*

v.25. *Populariter compeſcere*] Pal. Flor. & Bert. *populares c.*

v.28. *Damnaretur aliquis inauditus*] Neque enim inaudita cauſa quenquam damnari æquitatis ratio patitur, vt ait Martianus I. C. L. 1. Digeſt. *de Pœnis*, vbi vide, quæ docte notat Dionyſ. Gothofredus I. C. præſtantiſſimus.

v.34. *Intendit*] Manuſcripti omnes, *incedit*, quod non reiiciendum.

Inducitur] alii, *introducitur*.

v.35. *Exemplo legis Atticæ*] Vide Meurſium Atticar. lection. lib. 5. c. 4. Carolum Sigonium de repub. Athenienſium lib. 2. cap. 5.

v.36. *Neq; principia dicere*] ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν.

v.39. *Accuſator egerit*] Flor. *a. reum urſerit*, Pal. *a. reum vexauerit*. Rom. *a. r. vexerit*. Aldus *a. r. inuexerit*. Bert. *a. vexerat*.

Pag. 242. v. 1. *Comperi*] vulgo, *concepi*.

v.3. *Suſpicionibus*] alii, *Suſpicationibus*. Modius, *ſuſpectionibus*.

v.4. *Potiſſimum*] alii, *promptiſſimum*. male.

v.7. *Conſpectu*] Bert. *aſpectu curiæ, vel certe noxialis*.

v.9. *Adſeuerare*] Bert. *adſeueratione*.

v.11. *Mandarit*] vulgo, *mandauerat*.

v.14. *Probationem*] Aldus, *perturbationem*.

v.16. *Simulata trepidatione*] Lege ex Flor. *ſ. tumt*.

v.21. *Urnam aream*] alii, *u. æneam*. Virg. 6. Æneid.

Quæſitor Minos vrnam mouet ——

v.28. *Approbatus, me vixiſſe*] Flor. & Rom. *approbatum m. dixiſſe*. male. Vide Calliſtratum lege 3. Digeſt. *de teſtibus*.

v.30. *Iureiurando aſtricti iudicatis*] Signate. Iudices enim antequam iudicarent, in leges iurare conſueuerunt, vnde Cicero *iuratos homines* eos vocat, Orat. 2. in Verrem, vt notat Aſconius Pedianus. Saluianus Epiſt. 4. *Latam ſententiam iudices, qui nihil ſe niſi ex veritatis officio pronuntiaturos eſſe iurauerant, excludere tamen miſericordiam nec poſt ſacramenta potuerunt*.

v.31. *Calcata numinum religione*] Sic in tribus poſtremis L.L. codd. *Calcata legum auth.* ſępius legitur.

v.35. *Mecum olim*] Flor. *me non o.* male.

v.36. *Morbi inextricabilis implicitus*] Non enim eſt vita viuere; ſed valere. Vnde & Æſchylus, κρεῖσσον εἰσάπαξ θανεῖν, ἢ πάσας ἡμέρας κακῶς παθεῖν. Et Ambroſius de Officiis lib. 3. cap. 14. *Erant leproſi quatuor ad*

tuor adportum, quibus vita erat ſupplicium, & mori lucrum.

v.37. *Vita ſe cruciatui*] Bert. *interim ſ.c.*

v.38. *Perſpiciens*] Bert. *proſpiciens*, male.

v.40. *Potionem quidem*] Bert. *p. quandam.*

v.41. *Offerebatur*] Bert. *offerebat.*

Pag. 243. v.10. *Corripit*] Aldus, *corripere.*

v.2. Hoc *ipſo ſacculo conditos annulo tuo prænota*] Solebant enim obſignatas pecunias numulariis probandas dare. Africanus leg. 39. Digeſt. de Solut. *Si Soluturus pecuniam tibi iuſſu tuo ſignatam eam apud numularium quoad probaretur, depoſuerim, tui periculi eam fore Mela lib. 10. ſcribit.* Hieron. in Epiſt. Pauli ad Epheſ. lib. 3. c. 4 fol. 184. *omni ſtudio legenda nobis ſcripturæ ſunt, & in lege Domini meditandum die ac nocte, vt probati trapezitæ, ſciamus quis nummus probus ſit, quis adulter.*

v.14. *Affanias*] Flor. *affannas.* Ro. *afanias.* Ven. *effamias.*

v.17. *Qui præter judicij religionem*] Bert. *q. propter i.r.* Phædrus: *Sed ne religio peccet imprudens mea.* Vide Rænardum Var. lib. 5. cap. 8.

In ſui culleo] Modeſtinus Leg. 11 Digeſt. ad leg. Pompeiam de Parricidiis. *Pœna parricidii more majorum hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus deinde culleo inſuatur cum cane, gallo gallinaceo & vipera & ſimia: deinde in mare profundum culleus iactetur, hoc ita, ſi mare proximum ſit, alioquin beſtiis obyciatur, ſecundum D. Hadriani conſtitutionem.* Theophilus de publicis iudiciis libro quarto Inſtitut. tit. 18. ἔστι δὲ ὁ πομπήϊος νόμος τραχύτατον ἁμάρτημα καινοτέραις ὑποβάλλων τιμωρίαις. διηγόρευται δὲ τούτῳ ἵνα ἐάν τις ἀνέλῃ τινὰ τῶν ἀνιόντων, ἢ υἱὸν,

ἤγουν τινὰ τῶν καλούντων τῆς αὐτῆς διαθέσεως τῷ ὀνόμ
τοῦ parricidii περιεχόμενον λάθρα, ἢ φανερῶς. κἀκεῖνο
οὗ κατὰ δόλον τοῦτο γέγονεν, ἢ ὃς σύνοιδε τῷ γινομένῳ, εἰ
ἐξωτικός ἐστιν, ὑποβάλληται τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ. οὐ ξί
ἐπάγων ὁ νόμος, οὐδὲ πυρὶ παραδιδούς, οὐδὲ ἄλλῃ τινὶ τῶν συ
θισμένων τιμωριῶν τοῦτον ὑποβάλλων, ἀλλ' ἐν ἀσκῷ βοε
τοῦτον ἐμβάλλειν μετὰ κυνὸς καὶ ἀλεκτρύονος, καὶ ἐχίδ
καὶ πιθήκου, καὶ οὕτως αὐτὸν συῤῥάπτειν τῷ ἀσκῷ,
μεταξὺ τῶν τοιούτων θηρίων ἐν στενοῖς συνεχόμενον κατὰ
ποιότητα τοῦ κλίματος, ἐν ᾧ τιμωρεῖται, ἢ εἰς τὴν γειτνιά
σαν θάλασσαν, ἤγουν εἰς ποταμὸν ἐμβάλλεσθαι· τῆς θαλάσ
ἀφεστώσης πολύ, ὥστε παντὸς στοιχείου στερεῖσθαι αὐτόν, καὶ ζ
τα καὶ τελευτῶντα. ζῶν μὲν γὰρ τῷ κεκαλύφθαι ὑπὸ τοῦ
σκοῦ, καὶ ἔτι ἐν τῷ ὕδατι, τοῦ ἀέρος, ἤτοι τοῦ οὐρανοῦ στε
ται χρήσεως. τελευτήσας δὲ τῆς γῆς οὐκ ἀξιοῦται, τοῦ ἀσκοῦ
ρομένου κατὰ τῶν ὑδάτων. τὰ δὲ προειρημένα θηρία ἐμβα
λεται διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ὁμοιότροπα αὐτοῦ ἐστί. τὰ μὲν γὰρ
ναιρεῖ τοὺς γονεῖς, τὰ δὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἀπέχεται μ
χης.

V.21. *Annulum ferreum*] Eo enim vtebantur ſ
ui, vt Lipſius ex Iſidoro lib. 2. Elect. c. 8. docet. M
ginatur iam diu doctiſſimus noſter Kirchmann
integrum de annulis tractatum, quem breui rei li
rariæ bono (ita ſpero & opto) prouulgabit.

verſ. 31. *Nec mea ſecta crederem conuenire*] Hoc
cit ex decreto Hippocratis conditoris profeſſion
medicæ, qui iuramento conſtrinxit ſuos diſcip
los, ne vnquam ſcilicet pretio vel precibus adduc
pharmacum calamitoſum propinarent cuiquam
Non enim nocendi; ſed ſanandi ſcientia eſt medicin
vt ſcitè ait Celſus Epiſtol. ad Calliſtum fol. 8
Hippocratis verba ſunt : διαιτήμασί τε χρήσομαι
ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅτι δη

c

σει δὲ τὸ ἀδικίῃ εἴρξειν. Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. Condigne igitur hic medicus recuſauit tam diri reatus conſcientia profeſſionem ſuam maculare.

verſ. 37. *Somniferum mandragoræ*] Euſtathius in Baſilii M. Homiliam 5. Hexaemer. *Ex mandragora ſomnifera medicamina componuntur, grauiſſimis membrorum doloribus profutura.* Vide Athenæum p. 504. Pollucem lib. 5. c. 27.

v. 38. *Mandragoræ illud efficax*] Flor. *mandragoram illum efficacem.*

v. 37. *Grauedinis comperta*] Infra: *grauedine ſomnolenta iam demerſus.*

Pag. 244. v. 4. *Si verè morte prauentus*] τὸ *verè* non eſt in Flor.

v. 8. *De curia*] Pal. *decurio.*

verſ. 14. *Feralibus amiculis obſtrictus*] Bert. *f. a. inſtrictus.* S. Iohannes in hiſtor. Lazari reſuſcitati cap. 11. v. 44. καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις. καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Arnobius libr. 1. aduerſus gentes fol. 16. *Vnus fuit è nobis, qui redire iamdudum in corpore animas præcipiebat efflatas Prodire ab aggeribus conditos, & poſt diem funeris tertium pollinctorem voluminibus expediri.*

Portatur] Bert. *deportatur.*

v. 17. *Nuda veritas*] Martialis:

Nudis ruſtica veritas capillis.

v. 19. *Sinuntur aurei opportuni ſomni*] Pal. & Baſil. *ſumuntur a. o. ſomnij.*

v. 23. *Intrimentis*] alii, *nutrimentis.*

verſu 34. *Complura*] Palat. & Florentinus *compluria.*

Praſtinarant] Bertin. & Flor. *pradeſtinarant.* male.

Dominis regiones pluſculas pererrantibus] Bert. & Flor. *d.r.p. pererrantis.*

v.37. *Beniuolam fortunam*] Alii, *benignam f.*

v.40. *Reportare*] Flor. *deportare.*

Pagin. 245. v.1. *Panis cruſtula*] Flor. *panis cruſtula.* non male.

Lucunculos] à Florentino eſt. ſicut etiam olim coniecit doctiſſ. Turnebus aduerſar. lib.18. cap 20. Aldus & Rom. *iucunculos* legunt.

v.10. *Rancidiora ſeligens*] Rom. & Flor. *iucundiora eligens.*

v.18. *Fidem minuere*] Hæc recte inducit Florent. & Bert.

v.25. *Quod quotidie furatis*] Sic Mſſ.

v. 30. *Simultas Æthecocleas nobis contentiones pariat*] Flor. *ſimulatas Æ. n. contentionibus p.* male.

v.31. *Dejerant*] Flor. *dejerantur.*

v.35. *Partes electiles*] Flor. *paſtis e.* Bertin. *paſtus electiles.* alii, *partes electibiles.* infra vocat, *partes opimas.*

v.37. *Inualare muſcas*] Bert. *i. mures. vel muſcas.*

Harpyiæ, quæ diripiebant Phineias dapes] Vid. Cœlius Rhodig. antiquar. lect. libro vigeſimooctauo capite 27.

Pag. 246. v. 3. *Dirigunt animos*] Bert. *dirigunt omnes animos.*

v.10. *Liber cachinnus*] Flor. & Bert. *liberalis c.*

v.12. *Quid bonum*] Rom. *quod b.* lib. 4. *quod malum fleret.*

v.23. *Gratioſum*] Sic Bert. & Flor. Aldus, *gratum.* alii, *gratiorem.*

v. 25.

Digitized by Google

v.25. *Appetebam*] Pal. *petebam*.

v.26. *Aſinus*] Flor. *aſino*.

verſ.25. *Quidquid potiſſimum*] Bert. *quod potiſſimum*.

v. 26. *Ad explorandam manſuetudinem id afferunt*] Bert. & Flor. *ad explorandum manſuetudinem offerebant*.

v.31. *Iocatus*] vulgo, *locutus*.

v.33. *Et heus ait puer*] Rom. *& Hemus a.p.*

v.35. *Mulſo contempera & offer paraſito*] Sic hunc locum lego cum Pal. Bert. & Flor. Vulgati, *mulſo & multo c. & affer*.

v.38. *Extrema labia*] Flor. *poſtrema labia*.

v.39. *Vno hauſtu perhauſi*] Vide de la Cerdam ad Virgil. 1. Æneid.

v.40. *Salute me proſequentium*] Hæc male abſunt à Palat. Nam in fine prandii vel cœnæ antiqui ſolebant dicere, *proſit*, vt obſeruat Fuluius Vrſinus in appendice de Triclinio p.187.

Pag.247. v.1. *Acceptiſſimo*] Bert. *aptiſſimo*.

v.6. *Menſam accumbere*] Flor. *menſa a.*

Adluctari & inſultare] Pal. & Florent. *adluctari etiam ſaltare*. Lucianus p. 253. ὃ πρῶτον μὲν κατακρίνεσθαί με ἐπὶ κλίνης ὥσπερ ἄνθρωπον ἐπ' ἀγκῶνος ἐποίησα.

v.7. *Quodque eſſet*] Flor. *quoque e.* male.

v.8. *Vt quod vellem relato, quod nollem deiecto*] Sic Flor. Bert. & Pal. vulgo, vt *q. nollem relato, quod vellem reiecto*.

v.13. *Hoc ederem*] Flor. delet τὸ *hoc*.

v.14. *Sanum præſagium portendere*] τὸ *portendere* non eſt in Bertino.

v.15. *Vulturibus*] Bert. *vulturiis*.

Digitized by Google

v.18.*Luctantem aſinum*] Reſcribe ex Manuſcriptis, *Iocantem aſinum ſ.a.u.h.i.aſinum,ſ.n.e.aſinum.*

v.22.*Thyaſus*]Bert:*Frauſus*,inepte.

v.27.*Triduani ſpectaculi*] vulgo,*triduanis Spectaculis.*

v.33.*Poſthabitis*]Bert.*Præterhabitis.*

Decoris rhedarum] Sic Modius legit, vulgo, *d. prædarum.*

v.35.*Equis Theſſalicis*] Lactantius ad lib.4. Statii pag.120. *Optima natura equi Theſſalici per orbem feruntur.*Oppianus Cyneget.lib.1.v.170. & ſeq.

Alius jumentis Gallicanis] Mirum Apuleium hic laudare iumenta *Gallicana* , quæ alias vilis æſtimii. Vnde & natum prouerbium, *vilior gallico cantherio.*Sed videtur etiam Ouidius probare *canes gallicos* lib.1.Metamorph.

Pag.247.v.38.*Tintinnabulis perargutis*]Phædrus lib.2.fab.38. *Clarumque collo iactans tintinnabulum.* Vide Lucianum p.253.

v.37.*Purpureis tapetis*] Bert.*p. capitis.* vnde Modius,*p.capiſtris.*Scopp. *capitiis* legunt.

v.38. *Frænis argenteis & pictilibus baltheis* Lucianus Lucio: ϗ σκεύη μοι ἦν πολυτελῆ, ϗ στρώματα πορφυρᾶ ἐπιβάλλομαι ϗ χαλινοὺς εἰσεδεχόμην ἀργύρῳ ϗ χρυσῷ πεποικιλμένους, ϗ κώδωνες ἐξῆπτετό μοι μέλος μουσικώτερον ἐκφωνοῦντες.

Pag.248.v.4.*Thyaſi dantes honori*] Pal.*diuitis d. honorem.*

Conſpectus Bert.*aſpectus.*

v.7.*Luſus*]Bert.*luxus.*

Et opulens]Hæc Pal. recte delet.

v.15.*Expetebat*] Flor. & Rom. *exſpectabat.* Vide Scopp.Suſpect.lect.lib.1,cap.21.

v.16.

v.16.*Concubitum*]Bert.*cupitum*.malè.

v.21.*Quatuor Eunuchi*] Eunuchos in comitatu ſuo habebant matronæ delicatiores mollioreſque, ſcilicet ad furtiuam ſecuram & longam libidinem. Hieronymus in vita Hilarionis: *Procurator calamiſtratus & in longam & ſecuram libidinem factus ſpado.* Martial.lib.6.Epigr.67.

Cur tantum Eunuchos habeat tua Gellia quæris,
Panice? vult futui Gellia, nec parere.

Iuuenal.Sat 6.v.364.

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbæ,
Et quod abortiuo non eſt opus.

verſ.17. *At ille nequam*] Flor.*a.i.nequaquam.* malè.

v.18.*Tantum contentus*] Wowerus,*tandem c.*

v.13.*In admirabilem mei cupidinem incidit*] Similis hiſtoria accidit Pariſiis Anno Chriſti cIↄ Iↄ cI. menſe Octobri. Inuenta enim mulier, quæ cum cane rem habuerat. Facinus abominandum! Ideoq; leges citauere, vt vindicarentur, exque communi ſententia ſenatus mulier adultera caniſque maritus viui comburio periere. Hæc me monuit amiciſſimus Frider. Lindenbrogius.

v.19.*Et dudum præſtolantem*] alii,*e.iamdudum p.*

v.23.*Præſternunt*] Ita Bert.& Pal.vulgo,*præſtruunt.*

v.25.*Nimis modicis*]Bert.*nimio m.*

v.27.*Superſtruunt*] Bert.*ſuperſternunt.*

v.31.*Tania quoq;*] Bert.*coma q.*malè.

Deuinxerat] Rom.*depinxerat.*

v.32.*Stagneo vaſculo*]Bert.*ſtanneo v.*

v.34.*Nates perfundat meas*]in Flor.Mſtis 2.ſequēs

fragmentum inſeritur: *Et Hercule Orcium pigam perteretem hyaci fragrantis & Chiæ roſacea lotionibus expurgauit*, (alter *expiauit*) *At* (al. *ac*) *dein digitis Ypate licanos meſe permeſe* (al. *parameſe*) *& nete haſtam mei inguinis niuei ſpurciei pluſculè excorias emendauit. Et cum ad inguinis cephalum formoſa mulier concitim* (al. *conatim*) *veniebat, ab orcibus ganniens, ego & dentes ad Iouem eleuans priapo frequenti frictura porrixabam, ipſoq́; pando & repando ventrem ſæpiuſculè tractabam* (al. *tactabam*) *Ipſa quoq́; reſpiciens quod genius inter anth. teneras excreuerat, modicum illud* (al. *id*) *morulæ, qua luſtrum ſterni mandauerat, anni ſibi reuolutionem autumabat*: quod purum putum Apuleianum eſſe dubium non eſt, eiectum autem ab illo, qui nefariam turpitudinem in his verborum inuolucris non tulit. Etiam nos pudor & pietas prohibet, tali luto manus inquinare, aut iis emaculandis operam peſſimè abuti.

v. 36. *Aduentorum* [alii, *aduectorum*.

Negotinummia] Flor. *regatinummia*. malè.

v. 40. *Affectiones*] Flor. *adfectationes*.

Prahenſum] Bert. & Rom. *deprahenſum*.

pag. 249. verſ. 8. *Duris ungulis*] Bert. *diuerſis u.* malè.

v. 17. *Vanas fuiſſe*] Flor. *vacuas f.*

v. 18. *Complexa tunc me prorſus, ſed totum recepit*] Bert. & Flor. *c. totum, ſed prorſus totum r.* Legendum, *complexatum t. r.* vt alii monuerunt.

v. 33. *Anquiritur alia*] Sic lego cum Modio ex Flor. & Bert. in quibus eſt *acquiritur*.

verſ. 40. *Natam puellam* τὸ *puellam* rectè delent. Florent.

v. 36. *Matri*] Bert. *matris*. Terent. Heautont. Act. 5. Sce.

5.Sce.2. *Matres omnes filiis auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe.*

pag.250.v.1. *Natam necatam nunciauit*] Ita Mſſ. vulgò, *n.necatamq; p.nuntiabat.*

v.5. *Caloris iuuenalis impetu*] Sic reſcribo ex Flor. In vulgatis eſt, *c.iuuenilis i.* vide Indicem.

v.6. *Pietatis ſpectata iuuenis*] Bert. *p.ſpectate præteritis i.* ineptè.

v.8. *Arcanis domus venerabilis cuſtodiam*] Bert. *arcana d.u.ſc.*

v.7. *Sororis officium*] in altero Flor. *ſanguinis ſui munus.*

v.25. *Veniendi contatio*] Bert. *u.occaſio atq; c.*

v.28. *Hoc enim nomen*] Ita Bert. & Rom. vulgò, *hac ſola.*

v.30. *Lapſa decipula*] Flor. *l.decipulo.* Pal. *lapſu decipulo.*

v.32. *Flagellis vltime verberat*] vulgò *flagris ubermè v.*

v.40. *Et quæ minimè vt par erat, illata eſt*] Ber. *& m.v.p.e.illatam.*

pag.251.v.10. *Quam ſacram doctiores*] De Hyeris antidotis videndus Paulus Ægineta lib.7.c.8.

v.26. *Guſtauit*] al. *guſtat.*

v.33. *Probatus appareat*] Flor. *probentur.*

v.35. *Interea*] Flor. *interdum.*

pag.252.v.5. *Suæ ſimulatæ fidei*] Flor. *ſ.ſimilis f.* benè.

v.9. *Perſecutionem*] Bert. *proſecutionem.*

Quod pluribus] Flor. *quid pluribus.*

v.10. *Inducta*] Bert. *viduata.*

v.14. *Filiam ſuam*] Delet *τὸ ſuam* Bert. & Flor.

v.20. *Etiam vxorem*] lege, *& vxorem.*

Digitized by Google

v.24. *Peſtis deteſtabilis*] Flor. Rom. & Aldus, ***tempeſtas d.***

v.34. *Multiforme*] Bert. ***tam m.***

v.35 *Exſecratæ veneficæ*] Flor. 1. *exceteræ venenatæ*, altera, *exereta venenata*. Viſa eſt via ad veritatem: *Excetra venenata*. Conuitium in malas mulieres. *Excetra tu*, vt obſeruat Lipſius antiquar. lect. lib. 2. cap. 11. Liuius lib. 39. c. 11. ***Hiſpala concubitu eum carere decem noctes non potuiſſe, illius excetræ delinimentis & venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec deorum verecundiam habere.***

v.36. *Vi tormẽtorum veritatem eruit*] Vide Notas ad Minutium.

v.35. *Dilatione*] Bert. *dilatatione.*

v.40. *Confarreaturus*] Flor. & Bert. *confarraturus.* Nuptiæ fiebant, farre uſu & coemptione, ſicuti dixi ad Arnobium fol. 86.

pag. 253. v. 1. *Mortem mea volens manu conſciſcere*] Flor. & Bert. ***mihi metu volens mortem c.***

v.7. *Depingere*] Peruigilium Veneris:

Ipſa gemmeis purpurantem pingit annum floribus.

Purpureo] Bert. *purpurato.*

v.5. *Plane tenui ſpecula*] Fuluius, *p. ut potui t. ſ.*

v.8. *Dirupto ſpineo tegmine*] Achil. Tatius lib. 1. de amorib. Clitoph. & Leucip. ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη.

v.9. *Quæ priori me Lucio*] Flor. *q. me p. meo L.*

v.10. *Conſeptum Caueæ*] Pal. *conſpectum c.*

v.17. *Græcanicam ſaltantes pyrrhicham*] Flor. ***Græcanica ſaltatura p.***

v.19. *Rotatim*] vulgò, ***rotatum.***

v.22. *Multimodas ambages*] Aldus & Flor. ***multinodes a.***

v.23.

Digitized by Google

v. 23. *Aulæo ſubducto*] Flor. 2. & Rom. *albeo ſ.* malè.

Paridis ſcena] τὸ *Paridis* non eſt in Flor.

v. 32. *Ephebica Chlamide*] alii, *ephebiac.* Martianus Capella, de Nuptiis Philog. p. 3. *Ac iam pubeſcentes ſpinæ ſeminudum eum incedere, chlamydeq́ indutum parua, inuelatumq́ cætera, humerorum cacumē obnubere ſine magno riſu Cypridis non ſinebant.*

v. 34. *Sociatæ*] Rom. *ſocietate.* malè.

v. 38. *Gradum ſcitule*] Aldus *gradus citule.*

v. 35. *Caduceum & virgula Mercurium*] Vide obſeruationes ad Arnob. lib. 6.

v. 40. *Diadema candida*] Flor. *d. candidum.*

pag. 254. v. 2. *Haſtam quatiens*] vt inuentrix belli. Cic. lib. 3. de Natura deorū. Seruius ad 1. Æneidos.

v. 9. *Laſſiniens*] Bert. *Laſſiuia.*

Pateret] alii, *pareret.*

v. 11. *Liciniaret*] Ita Flor. duo, vulgò, *laciniaret.* Vide Indicem.

v. 12 *Cælo demeat cærulum*] Flor. Bert. & Pal. *quod cœlum d. amictus caruleus, vel, cærulus.*

v. 14. *Sui obibant*] Has voces non habent Pal. & Flor. 2.

v. 15. *Quorum capite caſſides obbatæ*] Sic Flor. 2. Bert. & Palat. Rom. *q. c. c. orbatæ*, vulgo, *ærata.*

v. 17. *Procedens*] Pal. *præ cæteris.*

v. 19. *Addixiſſet*] Flor. *addidiſſet, & ſeſe.*

v. 21. *Comites armigeri terror & metus*] Val. Flac. lib. 3. Argon. v. 98.

---- *Terrorq́ Pauorq́*
Martis equi. ----

vid. Burm. ad Valer. Flac. II. 204.

Cointus Smyrnæus lib. 8. Heſiodus Theogoniæ v. 931.

v.22.*Inſultantes*]Bert *inſaltantes.*

v.23. *Dorium canebat bellicoſum*] Sic emenda hunc locum ex Flor.& Pal.in quibus erat, *Orium b.* alii,*Orcium* & *Hormium* legunt in Floridis: C *Phrygium religioſum,ſeu Dorium bellicoſum.* Arn bius adverſ.gentes li.5. *Conclamant exterri ad D rium Phryges* Sic hunc locum ex Mſtis rectè conſ tuunt viri eruditi.

v.24.*Tinnitus*]Flor.2.*innutus* malè.

v.25. *Oculis in aſpectum micacibus*] Sic Flor. P & Bert. *o.i.aſpectu*,vulgò,*o.inſpectu minacib.* Ro *o.i.a.micantibus.*

v.26. *Intorto crure*] Flor.*i.genere.* Wower.*i. more.*

Geſticulatione alacri] Pal.Bert.& Flor. *geſtic lationis alacer.*

v.29.*Venus aquè*] vulgò,*v.ecce.*

v.31.*Conſtitit amane*] Flor.*conſtituta pene.* Leg *conſtituta pone.*

v.32.*Et cupidines*]Pal.& Flor.inducunt.

v.37.*Iaculis floris ſerti*] Bert.*i.floreis ſ.*Aldus,*ia floreis ſ.*

Veneris coma] Pal & Flor. 1.*comas*,Bert.*ve como.*Vnde Wower.rectè,*veris dono.*

v.40.*Mutliforabiles*] Coluius,*multiforatiles.*

pag.255.v.2.*Fluctuantes pinnulas*] Rectè Scick radus,*fluctuante ſpinula* in Bertino eſt,*f.primulas.* Flor.*f.pinnulas.*

v.4.*Conniuentibus*]Bert.*conuenientibus.*

v.5.*Geſtire pupulis*]alii,*g.pupillis.*

v.12.*Iudices ſententias ſuas pretio nundinātur*]Ar broſius ſerm.7. *Vſq; adeò hoc inoleuit malum,vt ta quaſi ex conſuetudine vendantur leges, corrumpant in*

iura, ſententia ipſa venalis ſit, & nulla iam cauſſa poteſt eſſe ſine cauſa. Petronius:

Ergo iudicium nihil eſt niſi publica merces,
Atque eques, in cauſa qui ſedet, empta probat.

v.17. *Sequius*] Rom. *ſequens*, malè.

v.19. *Palamedes proditionis damnatus*] Ouid. lib. 13. Metamorph.

v.21. *Vlyſſes mendicus*] Flor. vnus, *auxi es modicus.* alter, *auxies m.* Bert. *V. modicus.* malè.

v.22. *Legiferos Athenienſes, catos illos*] Arnob. lib. 5. *Quid Erichtida ô cati, quid ciues Mineruii dicitis.* Sic rectè vir ſeriò doctus Franciſcus Pithæus hunc locũ legit, cuius cõiectura ab Apuleio hic firmatur. Caſſiodor. Var. lib. 12. Ep. 5. *Antiqui Athenas ſedem ſapiẽtiæ eſſe dixerant.* Cicero pro Flacco, cap. 26. *Adſunt Athenienſes, vnde humanitas, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Notæ ad Arnobium.

v.31. *Reputans*] Flor. duo, *crepitans.*

v.38. *Vino crocus diluta*] In theatris enim & ſpectaculis miro artificio crocus dulci vino mixtus è fiſtulis exprimebatur. Scaliger eruditè ad lib. 4. Propert. p. 255.

pag. 256. v. 1. *Fragrante*] Flor. & Rom. *flagrante*, malè.

v.2. *Decipit*] alii, *decerpit.*

v.7. *Diſternebatur*] Bert. *diſcerrebatur.* malè. Vide Notas ad Arnob. lib. 2. f. 63.

v.10. *Sceleſta*] Bert. *ſceleroſæ.*

v.11. *Maximè*] Bert. *præmaximè.* lege *permaximè.*

v.12. *Cohærentibus*] vulgò, *coeuntibus.*

v.20. *Attenta*] alii, *attonita.*

verſ. 25. *Cenchreas*] Flor. *Cencheas*, malè. Eſt

Digitized by Google

portus Corinthi. Lactantius ad 4. Thebaidos Statii. Pauſanias lib. 11.f.86.& 88. Fit & eius mentio Actor.18.v.18.Rom.16.v.1.

Adeunt quidem] Flor. 2. Pal.Ald & Bert.*auditq.* rectè. vide Indicem.

v.27.*Sarouico*]Pal.& Rom.*Sardonico*.malè. Vide Beroaldum.

Tutiſſimum]alii,*munitiſſimum.*

v.30.*Molliſſimo*]Bert.*mobiliſſimo.*

v.33.*Oppreſſit*] vulgò,*oppreſſerat.*

EMENDATIONES AD LIB. XI. METAMORPHOSEΩN.

Pag 257.v.10.*Opaca noctis ſilentioſa ſecreta*] Virg. lib.2.Æneid.

—tacita per amica ſilentia noctis.

Valer.Flac.lib.2.v.41.&1288.lib.5.v.297.

verſ.11. *Summatem Deam*] Pal.& Flor.*ſummatam D.*

v.13.*Inanima etiam diuino*]Bert.*in anima & diuina.*

v.15. *Incrementis*] alii,*decrementis*.Bert.& Flor. *detrimentis.*

Abſequenter] Flor.& Pal.*obſequenter.*

v.17.*Spem ſalutis*]Rom *ſpeciem ſ.*

v.20. *Meq; protinus purificandi ſtudio marino lauacro*] Plærique mortales,antequam templa adire,vel diis ſacrificare diſponebant lauabant ſe. Teſtatur id de *Iudæis* Philo, de offerentibus victimas. & Ariſtæas de 72.Interpretib.de *Ægyptiis* & Græcis Herodotus Euterpe.De *Romanis* Perſius Sat. 2.

Tul-

Tullius lib.1.de Legibus. Tibullus lib.1. Eleg. 3. De *Indis Charangoris* Ioſephus Indus nauigat. in Indiã fol.146. De *Catachutis* Ludouicus Latritius Indicarum rerum lib.4.cap.24.lib.5.cap.10. De *Mahumedanis* Bernardus Breidenbachius in Itinerario terræ ſanctæ. Sic Andocides antequam ſacrificat, accedit gutturnium & manus abluit, vt Lyſias Orat.5.p.97. notat, cuius verba adſcribam: ἔτι δὲ παρελθὼν τὸν νόμον ὃν ὑμεῖς ἔθεσθε, εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτῶν, ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα βιασάμενος, εἰσελήλυθεν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἔθυσεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὃν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ, καὶ ἀπήντα τοῖς ἱεροῖς, περὶ ἃ ἠσέβησεν εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ελευσίνιον, ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. Obſeruo etiam Chriſtianos ante templi ingreſſum & preces, aquam manibus lauandis ſumpſiſſe. Clemens Alex. Strom. lib.4. Tertull. de Orat. cap.11. & in Apologetico cap. 39. Chryſoſtomus in Ioannem Homil. LII. in Matthæum homil.72. ad Populum Antiochenum homil.36. Ideo autem dixit *marino rore*, quod antiquitus credebant, ac quam illam propter igneam portionem vniuerſa hominum mala proluere. Proclus de ſacrif. & Magia pag. 279. Euſthatius Archiepiſcop. Theſſalonicenſis in Hom. Iliad. κ. fol. 81. ἢ πάντως διὰ τὸ φύσει ῥυπτικὸν εἶναι τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ. εἰς τὴν ἄπειρον οὖν φασὶ τὰ περιττώματα ἔβαλλον, διὸ καὶ παροιμία φησὶ θάλασσα κλύζει πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά. Laertius in Platone pag.190. ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας· οὗ φασὶ καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συνακολουθῆσαι, καὶ αὐτόθι νοσήσαντα πρὸς τῶν ἱερέων ἀπολυθῆναι τῇ διὰ θαλάττης θεραπείᾳ· ὅθεν καὶ εἰπεῖν.

θάλασσα κλύζει πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά.

v.21. *Septies ſubmerſo fluctibus capite*] Cenſorinus de die natali c. 7. Chalcidius in Platonis Timæum p.108.

v.21.*Religionis*]Flor.& Bert.*religionibus*.

Diuinus] Pal.*diuinitus*.

v.24.*Regina cœli,ſiue tu Ceres alma*] Vid. Petr Faber Semeſtr.lib.3.c.3. & Lilius Gyraldus de D Syntagm.13.

v.25.*Repertu*] Pal.*reperta*.

Vetuſtæ glandis] Bert. *veſculæ g.* quod Sco probat. Vide Notas ad Arnobium lib.2.

v.27.*Eleuſinea*]Ald.*Eleuſiniam*.

v.31.*Fatarum*]Ald.& Rom.*ferarum*.malè.

Lenientibus]Bert.*lenicibus*. Rom.*lienientib* ineptè.

v.32. *Veneraris delubris Epheſi*] Vide Notas a Minut.p.33.

Triformi facie laruales] Gloſſæ, τρίμορφος Ἑκάτη. Valerius Flaccus lib. 1. eam *tergeminam h ram* Vocat. Notata ad Minutium p.33.

v.36. *Vdis ignibus*]Flor.*nudis* 1. malè. Vide B roaldi Commentar.

pag.258.v.4. *Miſeris lamentationibus*] τὸ *miſer* abeſt.à Flor. & Romano.

v.6. *Sopor circumfuſus*]li.3: *Iamq; luminibus me vigilia marcidis infuſus ſopor.*

Connipſeram]Sic Flor.Rom.*compſeram*. Ber *conſeram*.Pal. & Aldus,*compreſſeram*. malè.

Paſſiuè diſperſi] Alii,*paſſim d.*

v.18. *Vel immo argumentum*] Fulu.*v.in modu lunæ ſemeſtris.*

v.15.*Defluebant* Bert. *diffluebant*.

v.16. *Sublimen diſtinxerat*] Rom.*ſ.diſtrinxera verticem.*

v.19.*Sulcis inſurgentium viperarum*] Vide Wo werum ad Minutium p.143.

v.25.*Umbonis vice*] Aldus: *u. vicem*.

v.26.*Contabulatione*] alii, *contubulatione*. Tertull. de Pallio cap.1. *Pallii tam teretis redundantiam tabulatam congregatione fulcitis*. Et cap.5. *Recognito rurſus umbone, & ſi ſi quid exorbitabit deformato partem quidem de læuo præmittat, ambitum vero eius, ex quo ſinus naſcitur, iam deficientibus tabulis retrahat à ſcapulis, & excluſa dextra in læuam adhuc congerat cum alio pari tabulato in terga demoto*. Sic iſte locus legendus ex Scaligeri libro.

v.27. *Modulis fimbriarum*] Rom. *nodulis f.*

Intextam extremitatem] Flor. *intectam e.* Bert. *per interiectam e. s. i. i. oris planicie*. benè.

v.29. *Semeſtris luna*] Flor. *ſemenſtris l*, malè.

v.32. *Aereum crepitaculum*] Papias: *Siſtrum lingua Ægyptiaca eſt tuba, cum qua Iſis deſcribitur*. Plutarchus de Iſide. Gyraldus Syntag. de Diis 12.

v.35. *Virgulæ*] Bert. & Rom. *vngulæ*.

Tergeminos] Rom. *trigeminos*.

v.36. *Sonorem*] Bertin. Rom. & Ald. *ſonum*. malè. Flor. *Animalium immeditatos ſonores*.

v.38. *Extollens*] Bert. *attollens*.

v.40. *Arabiæ felicis*] Flor. & Bert. *A. felicia*.

pag.259. verſ.2. *Regina Manium*] Flor. *r. auium*. malè.

verſ. 3. *Deorum Dearumque*] τὸ *deorum* delet Bert.

v.5. *Nutibus meis*] Bert. *motibus m.* benè.

Inferorum] Pal. *inferum*.

v.7. *Me primigenii Phryges*] Bert. *Inde p. P.* Vide Herodotum lib.2. num.2.

Peſſinunticam] Bert. *Beſſinunticam*.

v.10. *Cretes ſagittiferi*] Mela li. 2. *Celebrantur arte*

ſagittandi Cydon , Gortynæ & Gnoſ
Curtius lib.4. *Attalus adiunctis ſagi*
bus ultimos ordines auertit à fronte.
Conſulatu Honorii lib.4.v.525. Luc

Siculi trilingues] Cœlius Rhodig.
3.cap.32. *Siculos ab Apuleio dici tri*
uerto, quod barbare initio ſunt locuti;
ſtremo etiam Latinè. Diodor.Sic.Bib
290. Thomas Farellus rerum Sicul.
cap.7.

v.14. *Æthiopes Ariiq;*] Flor *Ae.*
Bert. *Ae.terq; p.* malè.

v.12. *Hecaten Rhamnuſiam alii*] L
catam, alii Riſti.

v.14. *Priſca doctrina pollentes Aeg*
tus lib.2.num.121.& 160. ſapientiſſi
eos vocat, vt & Firmicus in Proloqu
& Porphyr.de Abſtinent.ab animal
Euſtathius in Dionyſium.

v.15. *Me prorſus propriis percolent*
ctè delent Bert. & Flor.

v.18. *Illuceſcet*] Flor. *illuceſcit.*

v.19. *Intende*] Palat, *impende.*

verſ.22. *Procelloſis fluctibus*] τὸ *f*
Bert.

Nauigabili iam pelago] V... T
lib.18.c.24.

v.24. *Opperiri*] Flor. *operiri.*

v.25. *Procinctu pompæ*] Bert. *pro*
Scoppius interpretatur, *dum pompa p*

verſ.27. *Continuare pompam mea*
Sic Modius hunc locum rectè diſting
diti legunt, *continuare pompam meam*

v.32. *Quæ ſunt*] τὸ *ſunt* non eſt in Flor.

Conſequentia] Colu. *ſequentia*.

v.34. *Comitatus*] Bett. *commeatus*. Fuluius legit, *Tibi conſtipati comiter d. popul.*

v.35. *Feſtina*] Flor. *feſtina*.

v.38. *Penitamente conditum*] Homerus, καταθῆναι ἐνὶ θυμῷ, βάλλεσθαι φρεσίν.

v.39. *Reliqua vita* Bett. *reliquæ u.*

v.40. *Iniurium*] Bett. *mirum*.

pag.260. v.4. *Ipſe tibi*] Bett. *ipſi t.*

v.8. *Mihi tantum licere*] Bett. *mihi enimuero l. ſ. o. u. ſ. perluo.*

v.9. *Numen inuictum*] Stewech. *n. inuiſum*. non malè.

v.12. *Præclaram præſentiam*] Flor. Rom. & Ald. *claram p.*

v.13. *Eius ordinem*] τὸ *eius* non eſt in Flor.

v.26. *Germine foliorum renitentes*] Sic Pal. Alii, *g. f. renidentes.*

Arbores clementi motu brachiorum dulces ſtrepitus] Dio Sophiſta de Cognitione Dei Orat. 12. fol. 194. ταὼς ὅταν βουληθῇ ἐκπλῆξαι σείων τὰ πτερὰ καὶ τινα ἦχον οὐκ ἀηδῆ ποιήσας, οἷον ἀνέμου κινήσαντες οὐ πολλοῦ πυκνήν τινα ὕλην. Hoc Latini *argutari* & *obſtrepere*, Græci ψιθυρίζειν dicebant. Sic *arguta Ilex* apud Virgilium Nemeſianus Ecloga 1.

Dic age ſed nobis ne vento garrula pinus
Obſtrepat, has vlmos potius fagosq́; petamus.

Nonnus 3. Dionyſia. v. 67. καὶ δρύες ἐψιθύριζον. Ariſtoph. Nubib. fol. 181. ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων, ὁπότ' ἂν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ Scholiaſtes: τὸ δὲ ψιθυρίζει ἀντὶ τοῦ ἀνέμου πνέοντος μαλακοῦ καὶ ἠρέμα διὰ τῶν φύλλων διϊόντος ὥσπερ προσλαλεῖ τὰ δένδρα, ὅπερ ψιθυρίζειν λέγεται.

v.31.*Procedunt*]Bert.*praecedunt.*

v.33.*Copides*] Flor.Pal.& Rom.*crepides*, alii, *crepida.* male,vide Indicem.

v.35. *indutas ſerica veſte*] Flor.*inductus ſ.v.*

Attextis capite crinibus] Artemidorus pag.11. Τρίχας ἔχειν μεγάλας καὶ καλὰς καὶ ἐπ' αὐταῖς ἀγάλλεσθαι, ἀγαθὸν, μάλιστα γυναικί. ὑπὲρ εὐμορφίας ἐστὶν, ὅτε καὶ ἀλλοτρίαις θριξὶν αἱ γυναῖκες χρῶνται.

v.38.*Faſcibus*]Flor.*facibus*,malè.

v.39. *Pallio & hircino barbitio philoſophum fingeret*] Bert.*P.e.h.b.p.ſignaret.* Herodes Atticus apud Agellium lib.9.c.2. *Video barbam & pallium,philoſophum nondum video.* Arnobius lib.6. contra Gentes, *barba boni ponderis & philoſophicae denſitatis.* Dio de cultu corporis Orat.71.fol.628. Τοὺς γε μὴν καπήλους ἑκάστοτε ὁρῶντες πρὸ τῶν καπηλείων ἀνεζωσμένους οὐδέποτε τωθάζουσι καὶ καταγελῶσιν ἀλλ' αὖ τοὐναντίον, εἰ μὴ οὕτως ἐνεσκευασμένοι εἶεν, ὡς οἰκείου τοῦ σχήματος ὑπάρχοντος τῇ ἐργασίᾳ ἣν μεταχειρίζονται. ἐπειδὲ τινα ἴδωσιν ἀχίτωνα ἐν ἱματίῳ κομῶντα τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ γένεια, οὐχ οἷοί τε εἰσὶ πρὸς τοῦτους τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, οὐδὲ σιγῇ παρέρχεσθαι· ἀλλ' ἐφίστανται καὶ ἐρεθίζουσι, καὶ οἱ μὲν κατεγέλασαν, ἢ ἐλοιδόρησαν, ἢ ἐνίοτε ἕλκουσιν ἐπιλαβόμενοι ἐὰν τινὰ ὁρῶσι μὴ πάνυ ἐρρωμένον αὐτοῦ, μηδὲ ἄλλον μηδένα παρόντα τὸν ἐπιβοηθήσαντα καὶ ταῦτα εἰδότες ὅτι τοῖς καλουμένοις φιλοσόφοις ξυνηθὲς ἐστιν ἡ στολὴ αὕτη, καὶ τρόπον τινὰ ἀποδεδειγμένην. Plutarchus de *Iſide & Oſiride*: οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν. οὔτε Ἰσιακοὺς ἡ λινοστολίαι καὶ ξύρησις. Et *palliatorum populus* apud Capellam pro *philoſophis.*

Pag. 261.v.1.*Urſam manſuem quem*] τὸ quae non agnoſcit Bertinus.

Pag.260.v.41.*Aucupem cum viſco*] Seneca de Ira lib.

ra lib. 3. cap. 6. *Aues viſcum dum trepidantes excutiunt, plumis illinunt.* Caſſiodorus libr. 11. Variar. Epiſt. 40.

Piſcatores cum hamo] Ouid. 3. Metamorph. v. 586.

——linoque ſolebat & hamis
Decipere, & calamo ſalienteis ducere piſces.

Pag. 261. v. 1. *Indueret*] Flor. *induceret.*

verſ. 2. *Crocotisque*] alii, *crocotiisque.* Vide Indicem.

v. 18. *Alio genere facium*] Bert. Rom. & Venet. *a. g. ficti luminis.*

v. 12. *Obuium obſequium*] Flor. *obium o.* male.

v. 21. *Lectiſſimæ iuuentutis*] Flo. Bert. & Pal. *lætiſſimæ i.*

Catacliſta] Coluius ex Tertulliano, *cataclita.* Vide Indicem.

v. 25. *Antecantamenta*] alii, *antecantamina.*

Magno Serapi] Vide Notas ad Arnob. lib. 1.

v. 28. *Et præciam*] Ita Douſa. in Mſſ. & vulgatis eſt, *plerique.* Vide Feſtum in *præcia.*

Viam duri prædicarent] Bert. *viam præpararent.* Pal. *v. præmandarent.*

v. 29. *Initiatæ*] Bert. *mitratæ.*

v. 32. *Capillum deraſi funditus*] Vide Notata ad Minut. fol. 30.

Vertice prænitentes] Pal. *verticem p.*

v. 36. *Strictim iniecti*] Pal. *ſ. intecti.*

v. 37. *Proferebant*] Bert. *præferebant.*

v. 38. *Claro præmicantem porrigebat lumine*] Ita Bertin. à Flor. vox *porrigebat* abeſt. Palat. autem pro *præmicantem* prænitentem legit.

v.40.*Sui patore flamulam ſuſcitans*] Bert.*in medio ſui pectoris flammulas ſ.*

pag.262.v.4.*Mercurialem caduceum*]Pal.*mercuriale c.*

v.12.*Canis ceruices arduas*] Pal.& Flor.*c. c. ar. Anubis,*Bert.*c. ardua anulis.* malè.

v.15.*Cuius veſtigium*]Flor.*huius u.*

In erectum leuata ſtatum] vulgò,*in rectum l.ſ.*

verſ.16. *Erat & bos*] Plinius natur.hiſtor.lib.7. cap.46.

Omniparentis Dei] Flor.& Bert.*omnia parientis.* malè.

v.18.*Miniſterio*]*Bert.myſterio.*

v.24.*Tegendæ*]Pal.& Flor.*tegente.*

v.29.*Dilatione*]Beroald.*dilatatione.*

v.30.*Striato tumore*]Bert.& Rom.*ſtricto t.*malè, vide Indicem.

v.35.*Mihi coronam & coronam h. conſequenter*] Sic locus iſte ex Mſſ.legendus.

v.37.*Sauiſſimè*] Ita Mſ. vulgò,*ſauiſſimam.*

Micanti corde] alii,*mutanti c.* malè. Plautus Aulular.Sce.Non temerè eſt, &c.

Continuo meum cor capit artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare.

Lactantius de Opificio Dei cap.17. *Anima adeò viuit inter viſcera genetricis, vt & incremento augeatur, & crebris pulſibus geſtiat emicare.* Ouid. lib. 2. Metamorph.

Pauida trepidat formidine pectus.

pag.263.v.7. *Cupidus cupidiſſimè*] τὸ *cupidiſſimè* ignorat Flor.

Comparuit] Non eſt in Flor.& Bert.

v.20.*Cælo manus attendentes, teſtantur*] Namque habi-

habitus orantium hic eſt, vt manibus extenſis in cælum precemur. Libro de deo Socratis.

verſ.23. *Vnde noua vocis exordium*] Statius Syluar. lib 1.

Quid primum mediumve canam? quo ſine quieſcam? Homerus Odyſ.1.v.14.

τί πρῶτον, τί δ᾽ ἔπειτα, τί δ᾽ ὑστάτιον καταλέξω;

Achilles Tatius p. 194. οὐκ οἶδα τίνος ἄρξομαι λόγου καὶ πόθεν, οὐδὲ τίνων κατηγορήσω πρῶτον, καὶ τίνων δεύτερον.

v.30. *Nefando tegmine*] Pal. & Flor. *nefaſto t.*

In arctum] Pal. Bert. & Flor. *i. altum.*

v.35. *Perhumano*] Bert. & Flor. *in humano*. Probe. Vide Indicem.

v.36. *Effatur*] Bert. *affatur.*

v.38. *Aram miſericordiæ*] Vide Pauſan. li.1. p.26.

v.40. *Virentis ætatulæ*] Flor. *florentis æ.*

Pag.264.v.2. *Habitudinem*] Rom. Ald. & Flor. *beatitudinem.*

v.3. *Produxit*] Pal. *perduxit.*

v.4. *Materiam*] Flor. *materiem.*

v.5. *Nam in eos quorum vitas ſibi & ſeruitium*] Sic lego cum Flor. alii, *in eorum v.q.ſ.ſ.*

v.9. *Fortunæ ridentis*] Bert. *f. ſæuientis.*

v.13. *Inouanti gradu*] Flor. *innouanti g.* Beroald. *in ouanti g.* Alii, *inouando g.* Bertin. *inoanti gradi indece.* ineptè.

v.15. *Prouidentia*] Bert. *prouidentia.*

v.16. *Quo tibi tamen tutior*] dele τὸ *tibi* ex Floret. Bert.

Da nomen huic ſanctæ militiæ] Propriæ. Nam & in veteri Eccleſia adulti antequam baptizarentur, inter competentes nomen ſuum dabant. Clemens recognit. li.3. *Si quis veſtrum deſiderat, ipſe ba-*

ptizetur, *& accedat ad Zachæum*, *& ipſi det nomen ſuum*, *& myſteria audiat*. Auguſtin. de fide & Operib. cap. 6 Concil. Carthaginenſe cap. 85. Syricius PP. in decreto cap. 2. Concil. Sueſſionenſe apud Brinium fol. 644. Concil. apud S. Medardum in decreto Iuonis parte 6 fol. 231. edit. Romanæ.

v.17.*Rogaberis*]Flor.*rogabaris*.

v.23.*Totæ ciuitati*] Flor.*toti c.*

v.24.*Fabulantur*]Fl *fabulabantur*.

v.36.*Et ter beatus*]alii,*& tibi b.*

v.32 *Simulachris rite diſpoſitis*]Ber.*ſ.Deũ r.d.*recte.

v.31.*Ibidem*] Flor.*ibidum*.

v.32.*Circumſecus*]Bert.*circumſeptus*. male.

v.34.*Variegatam*]Flor.& Rom.*variegracam*.

Teda lucida & ouo & ſulphure] Ouid. libr. 2. Metamorph.

Et veniat quæ luſtret anus, lectumque locumque
Præferat, & tremula ſulphur & oua manu.

v.37.*Carbaſus litore votum ingeſtans*]Flor.*c.l.v. ingeſtas*. alii, *car.litteris v.i.* Beroaldus. *C.lintea v.i.* Vide Paſſeratium ad Propertium p.623.lib.4.

Progerebat]Bert.*proferebat*.

v.38.*Ecce littera*]Fulu.*ea littera*.

v.39.*Splendore ſublimis*] vulgo,*S.ſublimi*.

v.40.*Puppis intorta Cheniſco*]Cælius Rhodig.antiq.lect.lib.30.c.1.*Cherucho* legit.Lipſius Elect. 2.c. 21. *Puppis intorta teniis cum bratteis aureis*. Sed vulgatam retinet, & recte explicat Gyraldus de *nauigiis* fol.597.

v.41.*Fulgebat*]Flor.Rom. &Bert.*fulgurabat*.

P.265.v.5.*Strophiis anchoralibus*]Gyral.f.519.607.

v.9.*Simili ſtructu pompæ*] Flor.*ſ.ſtrictu p.decorat.* Bert.*ſeruili ritu p.* Wower.*ſimilis ritu p.*recte.

verſ.

v.11.*Effigies*] Bert.*effigias.*

v.21.λαοῖς ἄφεσις] Flor. ἀοι ἀεφισια. Male. Michael. Ritius de Regib. Francorum p.539 lib. 2. *Antiquitus in illa vana Deorum ſuperſtitione peracta re diuina conuerſus ad plebem ſacerdos dicebat*, λαοῖς ἄφεσις, id eſt, *populis miſſio, vt eſt apud Apuleium, quo verbo poteſtatem faciebat abeundi volentibus.*

v.24.*Harebant*] Lege, *hærebat.*

v.26.*Intentus in Deæ ſpeciem*] Ita Mſſ. vulgo, *intuitus D.ſ.*

v.33.*Gaudeo varie*] Bert.*gaudio vere* haud vere.

v.34.*Diurnum reducem*] Ita Mſſ. omnes. vulgo, *diuinum*. Modius, *d. in lucem.*

Pag.266.v.3.*Nox vna vel dies*] alii, *n.v.v.requies.*

v.4.*Iejuna*] Flor. eius *vna*, malè.

v.7.*Renitebar*] Pal. & Flor.*retabar*. Scribe ex Fulvii libro, *retardabar.*

v.9.*Cautoque circumſpectu*] Bert. *tantoque c.*

v.10.*Vitam quæ multis caſibus ſubjacet*] Solon ad Crœſum apud Herodot. lib.1.nu.32. πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος συμφορή. Euripid. Medea: πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων, οὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.

v.11.*Identidem mecum*] Ald. *indidem m.* male.

v.16.*Hanc experrectus imaginem*] vulgo, *hac e.imagine.*

v.17.*Quid rei portenderet*] Bertin. *q.r.protenderet.* male.

verſ.22.*Templi matutinas apertiones*] De hoc ritu multa cognitu digna collegerunt principes Criticorum Scaliger ad Tibullum lib.1.p.132. Briſſonius de Formul.lib.1.& Lipſius Elect.2.cap.18.

v.23.*Dum velis*] Bertin. *dum valuis*.male. Vela erant ante aras, quæ adduci ſolita & reduci. Ar-

temidorus Onerocrit.c.262.Lipſius loco prænominato & Coluius in Notis.

v.26.*De penetrali*] Bert.& Flor.*Deæ p.*

Spondeo] Sic Flor.ſicuti etiam emendauit Scickeradt.Beroald.legit.*ſpondeon*.malè.Virgil.

——*pateris libamus & auro.*

Pollux in Onomaſt.lib.6.c.6.& lib.10.c.18. ε πῦ καὶ σπονδεῖον, ᾧ ε τὸ οἶνον ἐπισπένδουσι.

v.30.*Cognatis ſcilicet & famulos*] vulgò, *cognitis ſ. famulis meis*.malè.

v.31.*Reducentibus*] Bert.& Flor.*reducentes.*

v.32.*Notæ dorſualis agnitione*] Bertin.*n.d.cognitione.*

v.4.*Viſu Dea*] Ful.*iuſſu D.*

v.39.*Primarium*] Bert.*ſummarium.*

v.40. *Noctis ſacratæ*] Ita Flor.Rom. & Ald. Bert. *n.ſacrat.*Pal.*n.ſociatæ.* vulgati,*n.ſocietate.*Fuluius,*n. arcanæ ſacris.*

Pag.267.v.6.*Deligi*] alii,*dirigi.*

v.9.*Auiditati*] Flor *auiditate.*malè.

v.13.*Iubente Dea*] Flor.& Roman.*iu.Domina.*Sic Domina Venus apud Petronium. Vide Paſſeratium ad Propertium.

v.18.*Lucis limine*] Flor.& Ald.*l.lumine.*

v.20.*Eligere*] Bert.& Rom.*elicere.*

v.23.*Perſpicuam*] Bert.& Pal.*proſpicuam.*

v.30.*Miniſtrum*] Bert.*miniſterium.*

ver.27.*Impatientia*] A prurient Critico hæc lectio eſt Repone ex MSS.& editis,*impatientia*

v.34.*Voti compotiret*] Flor. Ven. Rom. & Ald. *v. competeret*.malè.adi Lipſium 2.Elect.c.21. cui debetur hæc emendatio.

v.41.*Conſtantius*] alii,*contantius.*

P.268.v.2.*O Luci*] Ita MSS. vulgò, *ô mi quidem L.*

v.8.*Me protinus*] τὸ *protinus* delet Bert.

v.9.*Aperitionis celebrato miniſterio*] Alii, *a.c. myſterio.* Vide quæ Caſaubonus notat ad Athenæum.

v.11.*Literis ignorabilibus prænotatos*] Literas ignorabiles vocat Hieroglyphicas. Philo libr. 1. de vita Moyſis: ἀριθμοὺς μὲν οὖν καὶ γεωμετρίαν, τήν τε ῥυθμικὴν καὶ ἁρμονικὴν, καὶ μετρικὴν θεωρίαν καὶ μουσικὴν τὴν σύμπασαν, διά τε χρήσεως ὀργάνων καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς τέχναις καὶ διεξόδοις τοπικωτέραις αἰγυπτίων οἱ λόγιοι παρέδωσαν. καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσιν. Vide Laur. Pignorium in lib. de *Characteribus Ægyptiacis.p.5.*

verſ.14. *Capreolatimque*] Bertin. *campolatimque.* malè.

v.16.*Theletæ*] Bert.*cæleſtem.*malè.

v.18.*Coēmēda procuro*] τὸ *coēmenda* delet Modius.

v.24.*Quæ voce meliora ſunt*] Fulu.*q.u.maiora ſ.*

Idq; plane cunctis] Flor.*illud p.c.*

v.28.*Trahebat veſperam*] vulgo, *intrahebat v.* alii, *introibat v.*

v.30.*Honorantes*] Bert.*onerantes.*

v.31.*Procul prophanis omnibus*] Modius putat legendum, *p. proximis o.* Nulli enim prophani aderant, ſed ſoli initiati.

Linteo & rudi me] Flor.*l.r.q.m.* Benè.

v.36. *Aures & linguæ temerariæ curioſitatis*] Pal. & Coluii liber *a.e l.temeritatis curioſæ.* Fl.*a.e.l.illæ.*

v.37.*Suſpenſum*] Pal.*Suſpectum.*

P.269.v.2.*Tamen credere neceſſe eſt*] Ita Pal. a lĭi *credere* non agnoſcunt.

v.10.*Floride*] Flor.*floreè.*

v.13. *Dracones Indici* Philoſtratus apud Photium p. 532.

v.14. *Hanc Olympiacam ſtolam*] Bert. *hanc olim pictam ſ.*

v.15. *At manu dextera*] Flor. *at manum dextram.* male.

v.16. *Decore corona*] lege cum Pal. *decora c.*

v.17. *Palma candida*] Flor. *p. candida.*

v.18. *Exornato*] Flor & Bert. *exornatum.* Ald. *exornatus.* Bert. *adornatum.*

v.19. *Populi errabam*] Flor. & Bertin. *populus errabat.*

v.20. *Celebraui natalem ſacrorum*] Vide quæ vir eximius, morumque integritate, modeſtiaque & eruditione præclarus Henricus Lindenbrogius ad Cenſorinum pàg. 7. cap. 1. notat.

v.29. *Conſpectum Deæ*] Flor. c. D. Lege *conſeptum Deæ.*

v.40. *Luminas ſolem*] Rittershuſ. *luminaris à ſole.* Bene.

v.41. *Retegis mundum*] alii, *regis m.*

Pag. 270. verſ. 1. *Gaudent numina*] alii, *g. lumina* Bertin. legit, *r. ſidera, tempora redeunt, minima ſeruiunt.*

Feſtiuiſſimum] alii, *feliciſſimum.*

v.3. *Germina*] Bert. *gramina.*

v.2. *Nutriuntur nubila*] Pal. *nutriunt n.* Wower. *mugiunt n.*

v.6. Exilis ingenio] Ita Mſſ. vulgo, *exiguus i.*

v.11. *Pectoris meis*] Lege, *p. mei.*

v.12. *Perpetuo cuſtodiens*] Bert. *perpetuum c.*

v.13. *Mythram ſacerdotalem*] τὸ *ſacerdotalem* delet Bertinus.

v.14. *Colloque eius*] τὸ *colloque* non eſt in Bert.

v.18. *Et recta patrium larem*] Bert. *& r. via p. l.*

Aliquam multum] alii, *aliquantulum.*

Deformationis] Sic liber Fuluii, vulgo, *reformationis.*

v.22. *Hauſi portum celerrime*] Retinui lectionem Bertin. & Rom. codicis in aliis eſt, *Auguſti p.c.* Vide Indicem.

v.37. *At magni Dei*] Lege *ac m. D.*

v.21. *Proſperitate ventorum ferentium*] Plinius Panegyr. ad Traianum p. 30. *Vt inde nauigia inania & vacua hinc plena & onuſta, & qualia ſolent venire, mittantur, conuerſoque munere maris hinc potius ventis ferentes & breuis curſus optentur.* Val. Flac. Argonaut. lib. 6. p. 150.

Non nos aut leuibus componere brachia remis,
Nouimus, aut ventos opus exſpectare furenteis:
Imus equis, quia vel medio riget æquore pontus,
Vel tumida premit Hiſter aqua.

v.27. *Campenſis*] Flor. & Pal. *compenſis.* Bert. *comprenſio*, inepte.

v.31. *Peruigilis*] Bert. *peruigil.*

v.39. *Munita ratio*] Sic Palat. Fuluii liber, *vnita ratio.* Flor. *munia artio.* vulgat. *vnica ratio.* Bert. *vnica arctio*, male.

v.41. *Magno*] Flor. *mano*, male

Pag. 271. v. 5. *Certo aliquo*] τὸ *certo* non eſt in Bert.

v.10. *Ecqui veſtigio ſimilis vt ſomnium, nec is defuit*] Flor. *& qui veſtigium ſ. v. ſ. nec fide afuit.* Bert. *& quam veſtigium ſ. u. ſ. nec fide affluit.* Stewech. *e. ece veſtigium ſimile ſit, nec fides abſuit.*

v.12. *Cætero*] Flor. *cæteros*, male.

Pag. 271. v. 19. *Fata dicta audiſſe*] Bert. & Flor. *Facta d. audiſſet.*

Digitized by Google

v.25.*Attriuerant*] Bert.*attenuauerant*.

v.26.*Erogationes urbicæ*] Bert.*peregrinationes v.* male.

v.27.*Duritia pauperitatis*]Bert.*duri ita paupertati*.male.

v.29.*Præmebar*]Bert.*præmebat*.

v.34.*Molireris*]Bert.*moliris*.

v.35.*Cunctaris committere*] Ita Flor. vulgo, *c. comitem*.Bert.*contaris coniectore*.

v.37.*Inanimis contentus cibis*] Illuſtraui hunc locum in Commentar. Minutiano fol.52.& ſeq.

v.38.*Serapis*]Flor.*raſcapi*, monſtruoſe.

Pag.272.v.15.*Terreare*] Flor.*terrere*.

v.16.*Terfuturus*] Bert.*t.functurus*. inepte. Fulv. *ter fruiturus*.

v.17.*Teque iſto numero*] Flor.*T.de i.n.*

v.30.*Praſcriptis*] Pal.*proſcriptis*.

v.31.*Ex ſtudio*] Flor.*è ſtudio*.

v.32.*Menſura rebus collatis*] Bert. *menſurarum collatis*.

v.36.*Maiorum ſummus*] Bert.*magnorum ſ.*

v.37.*Non in alienam*]Flor.*non a.*

v.39.*Præcipere*] Flor. *recipere*.

v.41.*Diſſeminationes*] Pal.*diſſenſiones*.

Pag.273.v.3. *Paſtophororum*]Florent.*Paſtophorum*.

v.4.*Elegit*]Flor.*adegit*.

verſ.5. *Quam raro capillo*] Bert. *qua caro c.*

Sullæ]Pal.*Syllæ*.

v.6.*Munia*]alii,*nomina*.

v.7.*Obuio*]Flor.*obio*,malè.

v.14.*Explicit*] Hanc vocem antiqui ſolebant in fine librorum ſuorum ponere Hieron. ad Marcellam

lam parte 2. Tractat. 5. Epiſtol. 64. Editionis Baſileenſis anno ∞ CCCCXCVII. *Scire debemus apud Hebræos in fine librorum vnum è tribus ſolere ſubnecti, vt aut* AMEN *ſcribant, aut Sela, aut Salom. Igitur vt ſolemus nos completis opuſculis ad diſtinctionem rei alterius ſequentis medium interponere* EXPLICIT *aut* FELICITER, *aut aliquid iſtiuſmodi: ita & Hebræi, vt quæ ſcripta ſunt roborentur, facere ſolent, vt dicant Amen, aut in.* SEMPITERNVM, *& ſcribenda commemorant, & ponant* SELA, *aut tranſacta feliciter proteſtantur, pacem in vltimo ſubnotantes.* Nugas igitur agunt, qui hoc verbum tanquam nouitium & adulterinum faſtidiosè reiiciunt.

EMENDATIONES

AD APVLEII PLATONICI APOLOGIAM.

℣.20.

A.M. P. PRO SE APVD CL. VIRVM CLAVDIVM MAXIMVM PROCONS. DE MAGIA ORATIO] Sic Romana & Aldina editio; Florentinæ membranæ titulum talem exhibent, APVLEI PLATONICI MADAVRENSIS PRO SE APVD CL. MAXIMVM PROCONS. DE MAGIA LIBER, quaſi illam orationem ſcripſiſſet, non coram Iudicibus pronunciaſſet Apuleius. In omnibus autem editis & manu exaratis codd. in duo membra ſeparatim illa di-

viditur. Omnino male, vt eruditi viri iam pridem demonſtrarunt, & ſatis liquet ex B. Auguſtino, qui *copioſiſſimam & diſertiſſimam orationem* eam appellat. de ciuit. Dei.lib.8.cap.19.

v.27. *Conſilio*] alii, *concilio*, male. *Conſilium* συνέδριον ſiue conſeſſus, concilium συναγωγὴ cœtus amplior, vt erudite notat Wowerus ad Sidonium pagin. 403.

v.28. *Accuſationem*] Rom. *actionem*.

v.39. *Patroni ejus*] Caſaubonus, *p. eorum*.

P.274.v.3. *Rem factam*] Ful. Vrſinus, *rem fictam*.

v.6. *Clamitarat*] Caſaub. *clamitaret*.

v.8. *Subito tacens tanti criminis deſcriptionem*] Fl. *ſ. taceret. c. deſcriptione*.

v.10. *Ac ne quidem*] Flor. *ac ne id quidem*.

v.11. *Dat libellum*] Infra: *vbi illud libelli veſtri, atrox principium, nomine priuigni mei formatum*.

v.14. *Ætatulæ*] Rom. codex, *ætatis*.

v. 17. *Vbi vt cominus*] τὸ *vbi* non eſt in Flor.

v.18. *Propellis*] Flor. *percellis*. recte.

v.20. *Aſſiſtendi venia*] Fulu. *a. vice*.

v.25. *Contanter*] Flor. *cunctanter*. & ſic ſemper:

v.27. *Infamaret*] Florent. *infamarit*. male.

Pertinacia] alii, *peruicacia*.

v.29. *Conſularium*] alii, *Clariſſimorum*.

v. 34. *Erupturum*] Flor. & Roman. *Erupturam* vide Caſauboni Notas.

v.37. *Namq; peccatum*] Suetonius de Nerone c. 27. *Paulatim inualeſcentibus vitiis, iocularia & latebras omiſit, nullaque diſſimulandi cura ad majora palam erupit.*

Pa.275.v.4. *Pro maximo crimine*] Sic repoſui ex Flor. 2. vulgo, *proximam crimini*.

v.6.*Proprie conficta*] Alii, *Perperam conficta*.Perperam.

v.7.*Ficta*] Flor. duo.*ſueta*.

Effutierunt] Aldus & Rom.*effuderunt*.

v.8. *Futiliter blatterata*] Flor.2. & Rom. *vtiliter blatterata*, quod retinet Caſaubonus.

v.9.*Auctoramenta*] Florent *auctoramento*.

Deprahenſa] Fuluius & Caſaubonus *depenſa haberi*.

v.10.*Rabulis*] Flor.& Rom.*fabulis*.

Quoferina ſolent lingua] Sic vere Ald.Rom.& Flor.*quoferme ſolent*. in Subide. Infra: *Viperæ ritu nineo denticulo atrum venenum inſpirare*.

v.11.*Tamen*] vulgo,*Attamen*.

v.13.*Admittant*] Rom.*admittam*. recte.

v.14. *Agnouiſſe*] alii, *ignouiſſe*.

verſ.16. *Vel falſa vituperatione grauari*] Florentinus, *vel falſas vituperationes grauari*. Sic Lucanus.

Romanos odere omnes Dominoſque grauantur,

v.23.*Quanto contumelia*] Vocem *quanto* delent Flor.& Rom.

Multo tanto] Flor. *multo tanta*. male.

v.34.*Vere mihi opprobraſſet*] Fulu. liber.*non mihi opprobraſſet*.

v.40.*Philoſophis*] vulgo.*philoſophos*.

v. 41. *Qui primus ſeſe philoſophum*] Clem. Alexandrin.lib.1. ſtromat.fol.129. πυθαγόρας ὁ Φερεκύδους γνώριμος φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσε.

Pag.276.v.2.*Velia*]Sic Floren.2.quod inſcite Lipſius & Fuluius conuertunt in *Ælia*. Vide Andreæ Schotti obſeru.lib.5. cap.15.

verſ. 3. *Dictionem ſolertiſſimo artificio*] τὸ *dictionem* male abeſt à Florentinis. Hic enim primus Dialecticam inuenit, ut ait Laertius in eius vita.

verſ. 9. *Continuatio literati laboris omnem gratiam*] Pallor enim conſanguineus ſtudiorum. Martianus Capella de nuptiis Philologiæ libro 1. pagina 13. *An verò quisquam eſt qui Philologia ſe aſſerat peruigilia laborata, & lucubrationum perennium neſcire pallorem.* Theodoſius imper. Nouella 1. de authoritate cod. Theodoſiani. *Sapè noſtra clementia dubitauit, quæ cauſa faceret, vt in tanto lucubrationum triſti pallore vix vnus aut alter receperit ſoliditatem perfectæ doctrinæ.*

verſ. 11. *Capillus quem iſti ad lenocinium decoris promiſſum*] Notant Apuleium ob promiſſum capillitium. E contra Chriſtiani eos repræhendebant, qui tonſorem deligebant. Vincentius ſpeculo Hiſtor. libro duodecimo capite 17. ex actis Tiburtii Martyris: *Torquatus diu eſt, quod ſe Chriſtianum eſſe mentitus eſt. Credas hunc Chriſtianum eſſe qui in lenocinio ſuo moliendo capicio fimbrias obmittit, qui tonſorem diligit, qui ſic molliter geſtit, qui fluxum greſſum improbo niſu diſtendit, qui viros negligenter agit, fœminas libenter intuetur.*

v. 13 *Quam non ſit*] particulam *non* male omittunt Florentini MSS.

Horrore implexus atque impeditus] alii, *horrore impexus a. i.* Syneſius in encomio caluitii folio 64. Ἀναστὰς ἕωθεν, καὶ τοὺς θεοὺς προσειπὼν, ὅπερ εἴωθα, ἐπιμελούμην τῆς κόμης· καὶ γὰρ ἐτύγχανον μαλακώτερον σῶμα ἔχων· ἡ δὲ ἠμέλητο ἐκ πλείονος· πάνυ γοῦν συνέστραπτο καὶ συνεπέπλεκτο τὰ πολλὰ αὐτῆς διὰ τὸ οἷον τὰ περὶ τοῖς σκέλεσιν αἰωρούμενα

μενα· πολὺ δὲ ταῦτα σκληρότερα, ὡς ἂν ἐκ λεπτοτέρων συμπεπλεγμένα, τῶν τριχῶν. ἦν οὖν ὀφθῆναί τε ἀγρία ἡ κόμη καὶ βαρεῖα. μόλις δὲ διελύετο. καὶ τὰ πολλὰ αὐτῆς ἀπεσπᾶτο καὶ διετείνετο.

v.14. *Stuppeo tomento*] Rom. *Stuppa tomento*.

Prorſus inenodabilis] Florentin. *prorſum inenodabilis*.

Ex ſummis viribus] Stewechius, *Et ſummis v.* malè. Vide Indicem.

Dicunt] Flor. *dicanto*, malè.

ver.32. *Facundiſſimum eſſe*] τὸ *eſſe* adieci ex Florentinis.

v.40. *Calphurnianum*] Flor. *Calpurnianum*.

verſ.41. *Inuidit profecto*] Sic rectè Aldinus codex, quod Pithœus aduerſar. libr.2. c.11. malè nouauit in *non vidit profecto*.

P.277.v.2. *Dentium*] Flor. *dentibus*.

v.4. *Mundicinas*] Flor. *mundicias*.

verſ.8. *Spurciſſimo ritu Iberorum*] Illi enim vrina dentes proluebant, Strabo Geographiæ libro tertio. fol.3.

v.10. *Dentem pumicare*] Cura dentium probri loco olim habita. Hieronymus; *Videas pleroſq; rabido ore ſæuire, & dentibus pumicatis carpere Chriſtianos.* Et in Sabinianum Diaconum: *Amiciris linteis, digitos anulis oneras, dentes puluere teris.*

v.21. *Nihil in ſeſordium*] Ald. & Rom. *n. in ſeſordidum*.

v.22. *Apertum*] Stewechius, *aſperum*.

v.23. *Feculentum*] Flor. *Fætulentum* rectè.

v.27. *E dentium muro*] Flor. *D. muro*.

Quiquam] Flor. *quicquam*.

v.30. *Cætero corpore*] Rom. *cætero corporis*.

v.34. *Vſufœcunda*] Flor. *vſu facunda.*

Pag. 278. v.5. *Obtriuerit*] Flor.2. *obterüerit*

v.7. *Semper in fœtutinis*] Sic reſcripſi ex Flor. 2. alii, *fœculinis*. Duſa legit *fœtudinis*, ineptiſſime. Agellius lib. 3. cap. 19. *Tinitiones prærancidas & fecutinas.* in Mſſ. Bremenſi & Palatino eſt, *f. p. & fætudinas.* lege *f. p. & fetutinas.*

v.16. *Hirudines*] Caſaubonus, *hirundines* Flor. 2. *arundines.*

v. 19. *Amica eius*] Flor. *amica anis.*

verſ. 20. *Exſcalpit*] ita Baptiſta Pius in annotation. poſterior. capite 199. & Aldus, alii, *exſculpit.*

v.24. *Aptam coniecturam*] Flor. *apertam c.*

v. 28. *Crimina mea & nomine erraſtis*] Fulu. *c. magica & nonne erraſtis.*

v.30. *Lacedamonius Ceus*] Rom. & Flor. *L. & citius*, male. vide Maximum Tyrium diſſertat. 8.

v.31. *Mulier etiam Lesbia*] Ouidius lib. 11. Triſt.

Lesbia quid docuit ſappho, niſi amare puellam.

v.33. *Æditums Portius & Catullus*] Flor. *a. P. & Catulus*, male, videndus Agellius libro 19. capite 11.

v. 38. μηρῶν ἱμείρων] Theodorus Canterus Variar. lect. lib. 11. c. 9.

v.35. *Serium virum atque Philoſophum*] Flor. *ſ. verum & phil.* male.

v.41. *Pluria*] Flor. 2. *plurima.*

Pag. 279. v.1. *Et Critias mea delicia*] Hi verſus varie à librariis interpolati ſunt, vt etiam Coluius notat. Flor. 1. *& Critias mea deliteſcet.* Flor. 2. *Et C. mea ſtet Salua charine.* Romanus. *& Tertias mea delitia.*

V. 2.

v.2.*Par in amore*] Flor.1.*pax*.1.*a*.Flor.2.*pars* 1.*a*. Vid.Scaliger ad Propert.p.252.

v.3. *Ne me ignis*] Flor.*nam me ignis*.

v.4.*Dum potior,patiar*] Flor.*dum patiar, potiar*.

v.9. *Merum mel*] Flor.*meum mel*.

v.15.*Tu mihi da*] Flor.2.*tu mihi das*.

v.19.*Animam*] Flor.2.Rom.*animum*.

v.25.*Catullum*] Flor.*Catulum*.

v.27.*Hoſtiam*]Paſſeratius ad Proper.fol.131.*Hoſtiliam*,legit.

v.28.*Flauia*] Rom.& Flor.*Plania*.Fulu.*Plantia*.

v.29.*Lucilium*] Flor.*Lucullum*,inepte.

v.30.*Gentium*]Aldus,*Gentilem*.

v.35.*Opiliones & bubſequas*]Flor.& Roman. *upiliones & bubſequas*. Vide *de Lacerdam* ad Eclogas Virgilii.

v.37.*Serranis*] Rom.*ſarranis*.

v.40.*Amoris elogia*] Rom.& Flor.*amoris elegia*.

Pag.280.v.5.*Aſtra vides*]Hi vt & ſeqq.verſus latini non extant in membranis Flor.Vide Muretum ad Catullum pag.22.

Utinam fiam] Tale iſtud votum Anacreontis eſt εἰς κόρην.

Ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην,
Ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με.
Ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
Ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
Ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
Ὅπως σε χρῶτα λούσω.
Μύρον γύναι γενοίμην,
Ὅπως ἐγὼ σ' ἀλείφω.
Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ.

Καὶ σάνδαλον γενοίμην,
Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

Et Ouidii, qui pulicem ſe optabat fieri, vt cupitæ ſuæ membra tangeret. Dionyſius Sophiſta Anthol. lib.7.epig.152.

Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δέ γε στείχουσα παρ' αὐγὰς,
Στήθεα γυμνώσαις, καί με πνέοντα λάβοις.
Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα με χερσὶν
Ἀραμένη, κομίσαις στήθεσι χιονέοις.
Εἴτε κρίνον γενόμην λευκόχρυον ὄφρα με χερσὶν,
Ἀραμένη, μᾶλλον σῆς χροιῆς κορέσης.

verſ.13. Νῦν ὅτι μηδὲν] Recitat hos verſus Laertius lib.3.p.205.

v.19. *Angisq; dolore*] Rom. *afficisq; dolore.*

v.21. *Notiſſimum verſum*] Sic rectè Wowerus: alii, *nouiſſimum verſum.*

v.34. *Veneraretur*] Flor.2. *muneraretur.*

v.39. *Imperator & diuus & cenſor*] Flor. *Imperator & cenſor diuus Hadrianus.*

P.281.v.2. *Pudicitius*] Flor.2. *pudicius.* rectè.

v.3. *Namq; & id genus*] Fl. *Namq; hac & id genus.*

v.7. *Rariſſimo*] alii, *rariſſime.*

Gnara] Flor. & Fuluii liber. *ignara.*

v.8. *Geminam eſſe Venerem Deam*] Plato in conuiuio f. 181. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν, καὶ ὁ ἔρως οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν, ὁ μὲν οὖν τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης, ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστι, καὶ ἐξεργάζεται, ὅτι ἂν τύχῃ. καὶ οὗτός ἐστιν ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων. ἔπειτα, ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν. ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς, ἢ μή. ὅθεν δὴ ξυμβαίνει αὐτοῖς ὅ, τι ἂν τύχωσι τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθὸν, ὁμοίως δὲ τοὐναντίον:

πον. ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ ἄρρενος· ὁ δὲ τῆς οὐρανίας, πρῶτον μὲν, οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄρρενος μόνον (καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως) ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου ἔρωτος ἔπιπνοι, τὸ φύσει ἐρρωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. Himerius Sophiſta apud Photium fol.607. πανδήμῳ δ' Ἀφροδίτῃ πρὸς τὴν οὐρανίαν οὐδὲν κοινόν. ἡ μὲν γὰρ βέβηλος καὶ οὐ καθαρὰ τὴν φύσιν γυμνᾷ τοὺς ἔρωτας· τῇ δὲ χρυσοῖ μὲν οἱ πόδες, χρυσᾶ δὲ τὰ τούτων καὶ βέλη· σκοποὶ δὲ αὐτοῖς ψυχαὶ νεοτελεῖς καὶ ἀκήρατοι.

v.13.*Serua corpora*] Colu.*fera corpora.*

v.14.*Prædita*] Flor.*præditam.*

v.17.*Incomptum*] Flor.2.*incomitum*.male.

v.18. *Virtutis amorem amatoribus ſuis conciliare*] Flor 2. *virtutes amatoribus ſuis conciliare.*

v.21.*Admoneat*] Flor.*commoneant.*

v.23.*Vt ſemper*] Flor.*& ſemper.*

v.24.*Reliquit*] Flor.*relinquat*.malè.

verſ.26. *Attamen ſi audire verum velis*] Reſcribe cum Florentino: *tamen ſi verum velis*, infra: *planè quidem ſi verum velis multi mirantur Æmiliane.*

v.31.*Huiuſcemodi*] vulgo, *huiuſmodi.*

v.37. *Cenſoria oratio*] Fuluii liber *certatoria oratio.*

P.282.v.2.*Tragœdi ſyrmate hiſtrionis*] Rom.*Gragidij ſ.h.* vide Caſaubonum.

v.3.*Crotaloue ad Trieterica orgia*] Ro.*crotalumue a.T.o.* Flor 2.*crocota ad orgia*.malè.

v.7.*Doceas*] Flor.2.*docear.*

v.9.*Maius piaculum*] Flor.*magis p.*

v.10. *Quam Cereris mundum profano videre*] vide quæ dixi ad Minutium fol.39.

v.11. *Tamen crimen eſt*] Flor. *tandem c.e.*

v.17. *Præmio*] Flor. *præmia.*

v.22. *Diutina ſumitur*] Rom. & Florent. *diutino ſumitur.*

v.25. *Cum in eo viſitur imago mire relata*] Vnde & Camillus *imaginoſum ſpeculum* dicit. Lucretius libro 4.

Quandoquidem ſpeculum quodcunq; obuertimus oris
Res tibi reſpondent ſimili forma atq; colore.

